

## DUBIUM IV.

## Quae sint Irregularitates ex Delicto.

356. Irregularitas ex delicto incurritur: I. Ob baptismum iteratum. — 357. II. Ob violationem censurae. — 358. Plura notanda (An autem qui ordinatur ligatus censura, incurrat irregularitatem. Vide dicta Lib. VI, n. 799, dub. 3, v. Utrum). — 359. III. Ob exercitium actus Ordinis sacri, quem aliquis clericus non habet. — 360. IV. Ob malam susceptionem ordinum. — 361. Quotupliciter incurratur irregularitas ob furtivam susceptionem. — 362. V. Ob crimina infamia et notoria. — 363. Requiritur notorietas facti vel juris. Quae sint crimina et exercitia quibus annexa est infamia. — 364. Quomodo tollatur haec irregularitas. — 365. VI. Ob homicidium vel mutilationem. — 366. De irregularitate ob homicidium voluntarium. — 367. Hanc irregularitatem incurritur: I. Qui occidunt vel mutilant. — 368. Dub. 1. Quid, si homicidam poeniteat ante mortem. — 369. Dub. 2. Quid, si unus feriat, sed alii occidant. — 370. II. Incurrunt mandantes vel consulentes homicidium vel mutilationem. — 371. Dub. 1. Quid in dubio, an homicidium causatum fuerit ex mandato sive consilio. — 372. Dub. 2. Quid, si homicida jam erat determinatus ad occidendum. — 373. Dub. 3. Quid, si consulens consilium revocet. — 374. III. Incurrunt omnes cooperantes ad homicidium vel mutilationem; nempe 1°. Excitantes. 2°. Praeliantes in bello injusto. 3°. Ministrantes auxilium. 4°. Accusantes, etc. 5°. Associantes. — 375. Dub. 1. An incurrant rati habentes. — 376. Dub. 2. An non impediunt. — 377. De irregularitate ob homicidium vel mutilationem casualem. — 378. De mutilatione membrorum. — 379. Dub. 1. Quid veniat nomine membri. — 380. Dub. 2. An fiat irregularis, qui abscindit testiculos. — 381. Et an ab irregularitate propter mutilationem possint dispensare episcopi. — 382. Plura apud Busenbaum: et praesertim, an dans potum infirmo, vel eum admoventem, incurrat irregularitatem. — 383. Si quis dat operam rei licitae, non fit irregularis, nisi apponat negligentiam mortaliter culpabilem. — 384. Hinc excusatur: 1°. Magister et pater verberans. 2°. Equitans in equo feroci. 3°. Alens feram ligatam. 4°. Reficientes tectum. 5°. Clericus in sacris, aut monachus, medens sine incisione vel adustione. — 385. Quid de clerico beneficiato, medente cum incisione. — 386. Si quis dat operam rei illicitae, non fit irregularis, si res non est periculosa. — 387. Quid, si periculosa. — 388. Quid, si quis occidat ad defensionem sui vel innocentis. Et quid, si adulter occidat maritum aggressorem (Remissive ad Lib. III, n. 398, v. In ordine). — 389. An fiat irregularis, occidens ob defensionem libertatis, honoris, bonorum, etc. — 390. Quomodo tollatur irregularitas propter homicidium. — 391. An episcopi possint dispensare in irregularitate ex homicidio voluntario. — 392. Et quid, si homicidium fuerit omnino occultum. — 393. Quid, si homicidium fuerit casuale. — 394. An reputetur casuale, homicidium patratum in rixa. — 395. Et quid, si fuerit commissum per defensionem, sed excedendo moderamen. — 396. Quomodo praelati regulares possint dispensare in irregularitate ob homicidium vel mutilationem, cum subditis suis. Et quomodo cum laicis.

Irregularitas ob iteratum baptismum.

356. — « Resp. PRIMA est, ob iteratum « baptismum serio et scienter. — Estque « irregularis tam baptizans, quam baptizatus; etsi in rebaptizante irregularitas « tantum sit causa partialis, ne clericus « ad altiorem Ordinem possit ascendere, « neque incurritur, si rebaptizatio sit oc-

Covar., in clem. Si furiosus, part. 1, in princ. n. 8. — Tolet., lib. 1, cap. 70. — 1 Prax. S. Poenit., part. 3, v. Ex

« culta. — Covarruvias <sup>a)</sup>, Toletus, Marcus « Leo <sup>1</sup>. Vide Bonacina <sup>2</sup>, Laymann. <sup>3</sup> ».

Per rebaptizationem occultam non solemnem, probabilius non incurritur irregularitas; ut tenent (contra Bonacina <sup>4</sup> et Palaum) <sup>b)</sup> Salmant. <sup>5</sup> cum Silvestro <sup>c)</sup>, Laymann <sup>c)</sup> et Coninck <sup>d)</sup>, ex cap. Ex lit-

crimine. — 2 Disp. 7, qu. 3, punct. 3. — 3 Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 2. — 4 Loc. cit., n. 1 et 9. — 5 Tr. 10, cap. 3, n. 60.

356. — <sup>a)</sup> Covarruvias has limitationes non habet, in reliquis concordans.

<sup>b)</sup> Palaus, tr. 29, disp. 6, punct. 16, n. 2 et 3, quidquid dicant Salmant. non adeo absolute contrarium tenet; haec enim sunt ejus verba: « Etsi praedicta sententia [quae affirmat satis esse ad irregularitatem rebaptizationem occultam], in praxi consulenda sit,

contraria tamen, scilicet debere delictum publicum esse, ut huic irregularitati sit locus, probabilitate non caret ».

<sup>c)</sup> Silvester, v. Irregularitas, n. 6; Laymann, loc. cit., cap. 2, n. 1, requirunt ut crimen sit publicum pro acolytho ministrante in rebaptizatione.

<sup>d)</sup> Coninck, disp. 18, dub. 5, n. 36, in

Excipitur rebaptizatio occulta.

terarum 2, de apost., ubi, cum de rebaptizato sermo fiat <sup>e)</sup>, dicitur: Ad superiores ordines promoveri (si publicum est quod proponitur) non valebit, nisi ad religionem transire voluerit... Si vero occultum est, promoveri poterit.

Undenam desumatur haec irregularitas.

Hic nota 1°. Quod irregularitas adversus eum qui scienter rebaptizatur, habetur ex canone Confirmandum 65, dist. 50. Adversus autem rebaptizantem, habetur tantum ex communi sententia doctorum (ut testantur Salmant. <sup>1</sup>); et colligitur ex cap. Ex litterarum, ubi declaratur irregularis acolythus assistens rebaptizationi. — Rebaptizans vel rebaptizatus ex metu, sine intentione, vel sub conditione (etsi temere et culpabiliter fiat) probabiliter non fiunt irregulares <sup>f)</sup>, ut Palaus <sup>2</sup>, Suarez <sup>3</sup>, Contin. Tournely <sup>4</sup>; et Salmant. <sup>5</sup> cum Navarro, Cornejo et Avila. — Ignorantia culpabilis tamen hos non excusat, ex can. Qui bis, de Consecr. dist. 4 <sup>g)</sup>. Secus, si inculpabilis: Palaus; Salmant. <sup>6</sup> cum Soto, Sayro, etc.

Quaedam causae excusantes.

Nota 2°. Quod est etiam irregularis, qui baptizatur ab haeretico declarato, sine ulla necessitate; ut habetur ex can. Ventum est, caus. 1, qu. 1. Insuper, qui differt baptizari usque ad mortis periculum; ex can. Si quis, dist. 57. Vide Salmant. <sup>7</sup>.

<sup>1</sup> Tr. 10, cap. 3, n. 59. — <sup>2</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 16, n. 5. — <sup>3</sup> De Sacram., disp. 31, sect. 6, dub. 5, v. Alique ex hac et v. Quin potius. — <sup>4</sup> De Irreg., part. 3, cap. 2, qu. 2 et qu. 3; cfr. de Sacr. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 3, § 1, concl. 3. — <sup>5</sup> Loc. cit., n. 61. — <sup>6</sup> Navar., Man., cap. 27, n. 246. — <sup>7</sup> Cornejo, de Specieb. Irreg., qu. 6, disp. 5, dub. 1, qu. 4. — <sup>8</sup> Avila, part. 7, disp. 7, dub. 3. — <sup>9</sup> Palaus, loc. cit., n. 4 et seqq. — <sup>10</sup> Loc. cit., n. 62. — <sup>11</sup> Sotus, in 4, dist. 8, qu. un., art. 9, v. Habemus ergo. — <sup>12</sup> Sayr., lib. 7, cap. 8, n. 8. — <sup>13</sup> Loc. cit., n. 65. — <sup>14</sup> Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 3, n. 4. — <sup>15</sup> Disp. 7, de Irreg., qu. 3, punct. 5, n. 1. — <sup>16</sup> Loc. cit. — <sup>17</sup> Man.,

357. — « SECUNDA. Ex violatione censurae, v. gr. si ea innodatus, actum « aliquem Ordinis solemniter exercent: « nisi invincibilis ignorantia excuset. — « Laymann <sup>8</sup> ».

358. — Notandum hic 1°. Quod qui celebrat innodatus excommunicatione minori, non incurrit irregularitatem; ex cap. Si celebrat, de cler. excom. ministr. Immo nec irretitus excommunicatione majori, si exercent actum ordinum minorum, adhuc solemniter et ex officio. Ita Bonacina <sup>9</sup>, Laymann <sup>10</sup>, Navarrus <sup>11</sup>, Anacletus <sup>12</sup>; et Avila, Villalobos, Cornejo cum Salmant. <sup>13</sup>. — Nec si exercent actum ordinum majorum, sed non solemniter, id est diaconatus sine stola, subdiaconatus sine manipulo; cum tales actus sic exerceri possint etiam a cantoribus. Salmant. <sup>14</sup> et Anacletus <sup>14</sup>. — Nec, qui canit solemniter officium, nisi sit hebdomadarius capituli, solemniter dicendo orationem cum Dominus vobiscum; quia tale ministerium ex consuetudine a sacerdotibus aut diaconis exercetur. — Nec qui concionem habet: quia hoc munus de licentia episcopi potest exerceri etiam a non constituto in sacris, cum sit actus jurisdictionis, non Ordinis. Suarez <sup>15</sup>; et Salmant. <sup>16</sup> cum Avila, Silvestro, Sayro, Henriquez, etc. — Nec, qui exercet actum,

Irregularitas ob violationem censurae.

Non fit irregularis, exercens ordines minores,

aut exercens ordines majores non solemniter,

aut canens solemniter officium,

aut concionem habens,

cap. 27, num. 244. — <sup>18</sup> Tract. 13, dist. 3, num. 13. — <sup>19</sup> Avila, part. 7, disp. 9, sect. 2, dub. 3. — <sup>20</sup> Villal., part. 1, tract. 21, diff. 14, num. 1. — <sup>21</sup> Cornejo, de Specieb. Irreg., qu. 6, disp. 6, qu. 2. — <sup>22</sup> Tr. 10, cap. 8, num. 66. — <sup>23</sup> Loc. cit., num. 12 et 13. — <sup>24</sup> De Censur., disp. 12, sect. 2, num. 4; cfr. n. 11. — <sup>25</sup> Loc. cit., num. 69. — <sup>26</sup> Avila, loc. cit., dub. 2, v. Primo cum Tertio et v. Ex dictis. — <sup>27</sup> Silvest., v. Suspensio, qu. 5, v. f. — <sup>28</sup> Sayr., lib. 4, cap. 16, n. 14, 20 et seqq. — <sup>29</sup> Henriq., lib. 14, cap. 6, num. 2; in textu et comm. lit. 2; cfr. lib. 13, cap. 31, n. 5, et lib. 14, cap. 7, num. 4.

ministrante utique requirit ut crimen sit publicum; de ipso autem rebaptizante scribit: « Communior... sententia docet rebaptizantem esse irregularem etiam quando factum occultum est, quae difficulter tamen potest probari, cum nullus pro ea textus afferri possit... Sed jure morali, non est satis tutum a communi sententia recedere, a qua lex suam interpretationem videtur suscipere ».

<sup>e)</sup> Rectius: de acolytho qui ministrat ipsi rebaptizanti.

<sup>f)</sup> Non omnes auctores allegati totum assertum habent; sed alii aliam partem afferunt.

<sup>g)</sup> Haec habentur in dicto canone: « Qui bis ignoranter baptizati sunt, non indigent pro eo poenitere, nisi quod secundum canones ordinari non possunt, nisi magna aliqua necessitas cogat. Qui autem non ignari iterum baptizati sunt... per septem annos poeniteant, etc. ».

358. — <sup>a)</sup> Salmant., loc. cit., n. 66, de actu ordinis sacri solemniter concordant; de eo vero qui absque solemnitate exercetur, his verbis loquuntur: « Qui vero exerceret actum ordinis sacri absque solemnitate, qui a non constitutis in sacris etiam absque solemnitate fieri nequeunt, irregularitatem incurreret: ut si absque debitis caeremoniis celebraret ».

aut exercens actum jurisdictionis.

aut exercens actum scienter actum Ordinis.

Quinam dispensant in hac irregularitate.

Celebrans in ecclesia polluta non fit irregularis.

non Ordinis, sed jurisdictionis; scilicet, si episcopus excommunicet, si parochus assistat matrimonio <sup>b)</sup>. Anacletus <sup>1</sup>; et Diana, Avila, Silvester, Sayrus, Henriquez, etc. cum Salmant. <sup>2</sup>.

Notandum 2<sup>o</sup>. Ad incurrendam hanc irregularitatem requiri, ut censuratus scienter actum Ordinis exercent; quia illa tantum ob contemptum censurarum imposita est. — Episcopus vel alius sacerdos censuratus, cogens alium ad celebrandum coram se, fit irregularis, ex cap. *Illud, de cler. excom. ministr.* <sup>c)</sup>. Ab hac autem irregularitate tantum Pontifex potest absolvere; vel episcopus, si sit occulta. Et praelati regulares cum suis religiosis, etiamsi sit publica <sup>d)</sup>, ut tenent Bordonus, Sayrus, Cornejo, Candidus, etc. apud Salmant. <sup>3</sup>; immo etiam cum saecularibus, ut Peyrinus, Fragosus et Antonius a Spiritu S. (ibidem <sup>4</sup>), ex privilegiis Martini V et Julii II.

Notandum 3<sup>o</sup> cum Cabassutio, quod si quis celebret in ecclesia polluta, non fit irregularis. — Fit vero, qui celebrat scienter in loco interdicto; quia jam violat censuram per exercitium Ordinis; ex cap. *Is qui, 18, de sent. excom. in 6<sup>o</sup>.*

Notandum 4<sup>o</sup> cum Anacleto <sup>5</sup> et Navarro <sup>6</sup>, quod qui ordinatur ab episcopo excommunicato, suspensio, interdicto, haeretico, schismatico aut simoniaco, fit irregularis <sup>e)</sup>. — Argumento ex can. *Quod quidem* et can. *Statuimus, caus. 1. qu. 1.*; item ex can. *Ordinationes, caus. 9, qu. 1.*, et cap. *1 et 2 de schismatic.*, ubi dicuntur hujusmodi ordinationes indigere dispensatione.

<sup>1</sup> Tr. 13, dist. 3, n. 14. — Diana, part. 5, tr. 10, resol. 9. — Avila, part. 7, disp. 9, sect. 2, dub. 2, v. *Tertio*. — Silvest. v. *Suspensio*, qu. 5, post princ. — Sayr., lib. 4, cap. 16, n. 8. — Henric., lib. 14, cap. 7, n. 1, lit. k. — <sup>2</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 69. — Bordon., part. 1, resol. 11, n. 41. — Sayr., lib. 7, cap. 9, num. 31. — Cornejo, loc. cit., disp. 6, qu. ult. — *Candid.*, disquisit. 24, art. 61, dub. 3. — <sup>3</sup> Loc. cit., n. 72. — *Peyrin.*, tom. 1, in constit. 1 Julii II, § 32, n. 67 et 61. — *Fragos.*, tom. 2, lib. 11, disp. 24, § 7, n. 18. — *Anton. a Spir. S.*,

<sup>b)</sup> Modo tamen parochus iste non benedicat nuptias.

<sup>c)</sup> Haec sunt verba hujus canonis: « Cum eo misericordiam facientes, poenam quam canon infligit his qui post excommunicationem divina praesumpserint officia celebrare vel se celebrationi ingesserint divinorum, ei non duximus infligendam ».

An autem incurrat irregularitatem, qui ordinatur aliqua irretitus censura. — Vide *Lib. VI, n. 799. Dubit. 3, v. Utrum.*

359. — « TERTIA. Ob peccatum, quo clericus serio et scienter actum Ordinis « sacri, quem non habet, solemniter exercet. — Bonacina <sup>1</sup>, Laymann. <sup>2</sup> ».

Ex hoc capite igitur, ut dicit Busenbaum, fit irregularis clericus, ministrans scienter et solemniter in ordine sacro quem non habet: ut ex cap. *1 et 2, de cler. non ordinato ministr.* Nempe, si non diaconus canat evangelium cum stola, etc.; vel si non sacerdos absolvat sacramentaliter, solemniter baptizet, etc.

An autem laicus, exercens actum ordinis quem non habet, incurrat irregularitatem? — Probabilius negatur, juxta dicta de Baptismo, *Lib. VI, n. 116, Dubit. 3.*

Qui est ligatus duplici censura, et exercet actum Ordinis sacri, etsi non incurrat duplicem irregularitatem, incurrit tamen unam duplici aequivalentem: unde in petitione dispensationis id exprimere debet. Contin. Tournely <sup>3</sup>. — Sacerdos autem simplex, excipiendo confessiones, non incurrit irregularitatem. Quia hic revera exercet actum Ordinis quem jam habet, licet careat jurisdictione; ut recte ait idem Contin. Tournely <sup>4</sup>. Unde peccat, sed non incurrit irregularitatem.

360. — « QUARTA. Ob delictum, quo « quis male suscepit ordines; v. gr. in « excommunicatione, suspensione; vel ab « episcopo non habente jurisdictionem; « vel per saltum (licet hunc suspensum

Director. Regul., tr. 2, disp. 3, n. 64. — <sup>4</sup> Ap. Salmant., loc. cit. — *Julius II*, bulla *Dudum ad sacrum ordinem*, de die 28 Julii 1506, § 34, in Bullar. Mainardi, cum bulla Sixti IV *Sedes apostolica*. — <sup>5</sup> Lib. 15, ap. 20, n. 12. — <sup>6</sup> Tr. 13, dist. 3, num. 16. — <sup>7</sup> Man., cap. 27, num. 241, v. *Quarto*. — <sup>8</sup> Disp. 7, de Irregul., qu. 3, punct. 6, n. 1. — <sup>9</sup> Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 3, n. 2. — <sup>10</sup> De Irregul., cap. 3, cap. 4, concl. 1, i. f. — <sup>11</sup> Loc. cit., concl. 2, v. f., qu. 2.

<sup>d)</sup> Eo quod Bordonus, Sayrus et Cornejo absolute loquuntur, Salmant. eorum mentem interpretati sunt de hac irregularitate, etiam si sit publica.

<sup>e)</sup> Sed de his vide constitutionem *Apostolicae Sedis, Suspens. latae sent.*, 6, ubi declaratur suspensus qui ordinem recipere praesumpserit ab episcopo excommunicato, etc.

Irregularitas ob exercitium Ordinis sacri, quem clericus non habet.

Ob malam suspensionem ordinem.

« tantum esse, quamdiu non ministrat in « ordine per saltum suscepto, satis pro- « babiliter doceant Avila, Navarrus, Bo- « nacina); vel ante legitimam aetatem; « vel sine dimissoriis; vel furtive (epi- « scopo nesciente, nec approbante) et non « examinatus. — Vide Bonacina <sup>1</sup> ».

361. — Ex furtiva ordinum susceptione fit irregularis: 1<sup>o</sup>. Qui ordinem receipt sine approbatione episcopi: nam is prohibetur ad alium ordinem ascendere, ex cap. *1, de eo qui furtive, etc.* — 2<sup>o</sup>. Qui sine dispensatione episcopi eodem die recipit plures ordines, quorum unus sacer est, ex cap. *2 et 3, eod. tit.* — 3<sup>o</sup>. Qui post matrimonium contractum, ante consummationem Ordinem sacrum recipit, renitente uxore, ut Extrav. *Antiquae, de voto.*

Alias vero furtivas receptiones ordinum, quas enumerat hic Busenbaum, dicunt <sup>a)</sup> Suarez <sup>2</sup>, Palaus <sup>3</sup>; Salmant. <sup>4</sup> cum Coninck et Cornejo potius inducere suspensionem, quam irregularitatem; nihilominus pro absolutione hujusmodi suspensionis semper recurrendum ad Papam <sup>b)</sup>. Vide dicta n. 318.

In hac autem irregularitate nequit dispensare episcopus, si crimen est publicum, et ipse ante ordinationem praeceperit sub poena excommunicationis (ut mos est) neminem furtive accedere ex cap. *1, de eo qui furtive, etc.* Vide Salmant. <sup>5</sup>. — Qui insuper dicunt cum Fragosus, etc., regulares posse dispensare

Avila, part. 7, disp. 9, sect. 1, dub. 2. — Navar., Man., cap. 27, n. 242. — Bonac., disp. 7, qu. 3, punct. 4, num. 5. — <sup>1</sup> Loc. cit. — <sup>2</sup> Disp. 42, sect. 3, num. 5. — <sup>3</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 17, num. 2. — <sup>4</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 73. — Coninck, disp. 18, dub. 5, n. 43. — Cornejo, qu. 6, disp. 7, dub. 1, i. f. — <sup>5</sup> Loc. cit., num. 75. — Fragos.,

361. — <sup>a)</sup> Scilicet, Suarez, Palaus et Coninck, ex furtivis ordinationibus, unam solum dicunt inducere irregularitatem, eam nempe quae accipitur sine admissione aut approbatione episcopi; ceteras vero inducere potius suspensionem. Salmant. autem et Cornejo dicunt, omnes quae hic a Busenbaum enumerantur et alias etiam (praeter tres hic a S. Alphonso adductas) inducere suspensionem potius quam irregularitatem.

<sup>b)</sup> Vide tamen, quoad praesentem disciplinam constit. *Apostolicae Sedis, Suspens. latae sent.*, 6.

etiam cum saecularibus, sicut in aliis irregularitatibus occultis, ita etiam in hac; ex privilegio Sixti V et Julii II (juxta dicta in Dubio praeced. n. 355, v. *Quo vero*).

362. — « QUINTA. Propter enormia crimina, si sint notoria et publica, v. gr. « quae a jure habent annexam infamiam, « ut adulterium, raptus, incestus, perjurium in judicio ».

Haec irregularitas ex infamia, ut ait Croix <sup>6</sup>, potius reducitur ad irregularitatem ex defectu, quam ex delicto; cum infamia non sit aliud, quam defectus bonae famae. — Omnes infames irregulares fiunt; ex can. *Infames, caus. 6, qu. 1.* Et hoc intelligitur, sive infamia sit ex jure canonico, sive ex civili. Item, sive infamia sit juris, sive facti; quamvis Bonacina cum Azor <sup>a)</sup> (apud Salmant. <sup>7</sup>) dicant, infamiam facti inducere quidem irregularitatem ad non suscipiendos ordines, sed non ad ministrandum in susceptis; infamiam vero juris, ad utrumque.

363. — Ad incurrendam hanc irregularitatem requiritur ut crimen, cui annexa est infamia, sit notorium notorietate facti vel juris.

Facti, per publicam famam. — Requiritur tamen, prout dicunt Viva <sup>8</sup> cum Castro <sup>a)</sup>, Hurtado; ac Laymann <sup>b)</sup>, Garcia <sup>b)</sup> et Pignatellus <sup>b)</sup> apud Croix <sup>b)</sup> (contra Suarez, Filliuccium, etc.) ut factum non solum sit publicum, sed etiam notorium; seu ita evidens majori parti vicini-

tom. 2, lib. 11, disp. 24, § 7, n. 18. — <sup>6</sup> Lib. 7, n. 512. — Bonac., disp. 7, de Irregul., qu. 3, punct. 1, num. 5. — <sup>7</sup> Tract. 10 cap. 8, num. 76. — <sup>8</sup> Qu. 9, art. 4, num. 6. — Gasp. Hurtad., de Irregul., disp. 2, diff. 4, num. 12. — Suar., disp. 48, sect. 1, num. 21. — *Fill.*, tr. 19, cap. 8, n. 211.

362. — <sup>a)</sup> Azor, quamvis a Salmant. hic citetur, id tamen non habet loc. cit., scilicet *part. 2, lib. 6, cap. 7, qu. 3.*

363. — <sup>a)</sup> Castro, de *Lege poenali, lib. 2, cap. ult.*, v. *Ab hac nostra*, haec scribit: « Infamia... oritur ex publica notitia criminis perpetrati... Constat famam ex bonis moribus, infamiam vero ex delicto nasci. Neutrum autem sine publica rerum notitia contingit ».

<sup>b)</sup> Croix, *lib. 7, num. 513*, profecto citat Laymann, Garcia et Pignatellum, sed pro a. io asserto.

Irregularitas ob crimina infamia et notoria.

Requiritur notorietas facti.

niae seu collegii (ubi ad minus sint decem), ut nulla possit tergiversatione celari.

Item ait Viva<sup>1</sup>, requiri etiam ut crimen vel sit *qualificatum*, ut haeresis, parricidium, etc., vel *continuum*, ut concubinatus.

Infamia autem *juris* habetur per confessionem rei in iudicio, vel per sententiam iudicis, saltem criminis declaratoriam. Ita Sanchez<sup>2</sup>, Palaus<sup>3</sup>; et Salmant.<sup>4</sup> cum Coninck, Bonacina, Avila, Cornejo<sup>c)</sup>, etc.

Crimina autem, quibus de jure annexa est infamia, sunt homicidium, perjurium factum in iudicio, haeresis, simonia, sodomia, crimen laesae majestatis, adulterium, proditio, rapina, lenocinium, exercitium usurarum, invasio cardinalium vel episcoporum. Item raptus mulierum, seu ad illum cooperatio, duellum, paratio armorum contra parentes, etc. (Vide Salmant.<sup>5</sup>). Item, exercitium histrionis cum turpibus repraesentationibus, ita ut non fiat sine peccato mortali. — Non autem macellatoris, carnificis, lictoris et similis

generis; cum haec officia bene exerceri possint sine peccato: ut Palaus<sup>6</sup>, et Salmant.<sup>7</sup> cum Cornejo, contra alios.

Praeterea hic notandum, posse etiam incurri irregularitatem ob infamiam adhuc alienam; prout incurrunt filii eorum, qui damnati sunt ob delictum laesae majestatis. Item filii, nati ex matre meretricis. Item filii haereticorum (licet hoc neget Viva<sup>8</sup>; sicut negat etiam de filiis illegitimorum, cum Suarez<sup>d)</sup> et Palao<sup>d)</sup> contra alios), et etiam nepotes, per viam masculinam ab iis descendentes; modo tamen sit notorium, parentes fuisse haereticos et in haeresi decessisse; ut Sanchez<sup>9</sup>, et Suarez<sup>e)</sup>. — Ut autem omnes in irregularitatem incurrant, opus est ut nati sint post delictum. Ita <sup>f)</sup> Sanchez<sup>10</sup>, Lessius<sup>11</sup>, Palaus<sup>12</sup>; et Salmant.<sup>13</sup> cum Bonacina et Henriquez.

364. — Haec infamia atque irregularitas, si sit *facti*, tollitur vel per Baptismum, vel per notoriam facti emendationem, sine dispensatione<sup>a)</sup>; ut tenent Suarez<sup>14</sup>, Palaus<sup>15</sup>; et Salmant.<sup>16</sup> cum Henriquez, Bo-

Potest incurri ob infamiam alienam.

Quid possint episcopi.

Quomodo tollatur haec irregularitas.

Quid, regulares.

Irregularitas ob mutilationem vel homicidium.

<sup>1</sup> De Censur., qu. 9, art. 4, n. 6. — <sup>2</sup> Decal., lib. 2, cap. 26, n. 1; cfr. Consil., lib. 6, cap. 3, dub. 6, n. 21. — <sup>3</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 20, num. 2 et seqq. — <sup>4</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 80 et seqq. — <sup>5</sup> Coninck, disp. 18, dub. 7, n. 56. — <sup>6</sup> Bonac., disp. 7, de Irreg., qu. 3, punct. 1, n. 3. — <sup>7</sup> Avila, part. 7, disp. 4, dub. 5; cfr. dub. 7, concl. 4. — <sup>8</sup> Loc. cit., n. 78, 81 et seqq. — <sup>9</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 20, n. 6. — <sup>10</sup> Loc. cit., n. 84. — <sup>11</sup> Cornejo, qu. 6,

disp. 8, qu. 3. — <sup>12</sup> De Censur., qu. 9, art. 4, n. 6. — <sup>13</sup> Decal., lib. 2, cap. 28, n. 7; cfr. cap. 27, n. 21 et 28. — <sup>14</sup> Loc. cit., cap. 27, n. 14. — <sup>15</sup> Lib. 2, cap. 34, n. 121. — <sup>16</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 19, § 2, n. 2. — <sup>17</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 83. — <sup>18</sup> Bonac., disp. 7, qu. 3, punct. 7, n. 10. — <sup>19</sup> Henricq., lib. 14, cap. 5, num. 4. — <sup>20</sup> Disp. 48, sect. 2, n. 5 et seqq. — <sup>21</sup> Loc. cit., punct. 20, n. 14. — <sup>22</sup> Loc. cit., n. 85. — <sup>23</sup> Henricq., loc. cit., n. 3, lit. q.

<sup>c)</sup> Cornejo non ita absolute loquitur, qu. 6, disp. 8, qu. 2, vers. *fin. dubii*; enumerat enim crimina quibus annexa est infamia, et negat induci per ea irregularitatem, si sint occulta; tum ait: «Occultum criminis, praeter homicidium, non debere post poenitentiam ab ordinum usu ac receptione prohiberi, nisi ordine judiciali delicta comprobata aut notoria fuerint».

<sup>d)</sup> Suarez et Palaus non satis accurate citantur a Viva: Suarez enim, disp. 48, sect. 3, n. 2, et Palaus, loc. cit., punct. 20, n. 5, negant profecto filios haereticorum esse infames, uterque tamen affirmat eos esse irregulares. Idemque docet Palaus de filiis illegitimis (non enim loquitur de filiis illegitimorum, ut falso dicit Viva); Suarez autem disp. 50, sect. 3, n. 1, ait filios illegitimos irregulares esse, cujus rationem multiplicem afferri posse ait, «scilicet in detestationem paterni sceleris, ob infamiam quamdam et turpitudinem quam inde contrahit filius, et quia timeri potest ne filius sit paterni criminis imitator».

<sup>e)</sup> Suarez, disp. 43, sect. 3, num. 1, utique concordat quoad assertum principale; sed non requirit ut sit notorium parentes fuisse haereticos; quin imo videtur negare id requiri; hic enim dicit *eamdem* irregularitatem incurrere filios quos ipsos haereticos, et, sect. 1, num. 4, negavit requiri ut haereticus sit notorius ad hoc ut incurrat irregularitatem.

<sup>f)</sup> Sanchez et Bonacina de filiis haereticorum et eorum qui damnati sunt laesae majestatis; Lessius et Henriquez de solis filiis haereticorum loquuntur. — De haereticorum filiis, S. Off. die 4 Decembr. 1890 et 3 Febr. 1893, edixit: «Filiis haereticorum qui in haeresi persistunt vel mortui sunt, ad primum et secundum gradum per lineam paternam; per maternam vero, ad primum dumtaxat, esse irregulares, etiam in Germania, et in aliis locis de quibus petitur»; in quibus scilicet religio praedominans est haerodoxa vel protestantica.

364. — <sup>a)</sup> Suarez, Palaus et Henriquez de sola poenitentia seu emendatione loquuntur.

nacina, Cornejo, etc.: et colligitur ex can. *Si duo, caus. 35, qu. 6*. Modo emendatio, universim loquendo, ut ait Viva<sup>1</sup> et Croix<sup>2</sup> cum communi, saltem per triennium perseveret. — Si vero sit *juris*, non tollitur nisi per dispensationem; quamvis Bonacina teneat, hanc etiam tolli per Baptismum: et Salmant.<sup>3</sup> non improbabile putant.

Episcopus non potest dispensare, ut infamis infamia facti ad sacros ordines ascendat: potest tamen, ut in susceptis ministret, si crimina sint minora adulterio, et reus egerit poenitentiam. Si vero infamia sit per sententiam iudicis, potest ab illo irregularitas tolli per aliam sententiam, qua reo fama restituatur. Salmant.<sup>4</sup> et Contin. Tournely<sup>b)</sup>. — Irregularitas ob crimen parentum, vel ob officium infame, tollitur per ingressum in religionem; ut Salmant.<sup>5</sup> cum Cornejo.

Testantur autem ibid.<sup>6</sup>, Bordonus<sup>c)</sup> et Antonius a Spiritu S., regulares, ex privilegiis Pii IV et Pii V, posse dispensare cum suis subditis in hac irregularitate, sive contracta ante ingressum in religionem, sive post: item, sive infamia fuerit *juris*, sive *facti*, nulla excepta.

365. — «SEXTA oritur ex *injuncta mutilatione*, vel *homicidio*, etiam indirecte « tantum voluntario; extenditurque ad « omnes, qui ad alterutrum, sive in bello « injusto, sive extra illud, injuste concurrunt, consulendo, mandando. *Mutilatio* « autem hic intelligitur, quando a corpore separatur membrum aliquod principale; id est, pars corporis, quae officium per se distinctum habet, v. gr. « pes, manus, oculus, auris, etc. — Marcus Leo<sup>7</sup> ex Covarruvias, Navarrus<sup>8</sup>. « Vide Bonacina<sup>9</sup> ».

Bonac., qu. 3, punct. 1, n. 5 et 6. — Cornejo, qu. 6, disp. 8, qu. 4, v. *Dico I*. — <sup>1</sup> De Censur., qu. 9, art. 4, n. 6, v. f. — <sup>2</sup> Lib. 7, n. 517. — <sup>3</sup> Bonac., loc. cit., n. 6, v. *Quarto*. — <sup>4</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 86. — <sup>5</sup> Loc. cit., n. 87. — <sup>6</sup> Loc. cit. — <sup>7</sup> Cornejo, loc. cit., disp. 8, v. *Dico 4*. — <sup>8</sup> Ap. Salm., loc. cit., n. 87. — <sup>9</sup> Anton. a Spiritu S., Director. regul., tr. 2, disp. 1, n. 75. Pius IV, bulla *Votis vestris*, de die 24 Maji 1560, in Bullar.

<sup>b)</sup> Contin. Tournely, de *Irregul.*, part. 2, cap. 6, concl. 5, dicit infamiam per sententiam contractam tolli per solam Ecclesiae dispensationem. In reliquis concordat.

Ita habetur ex clem. *Si furiosus, un. de homic.* Et hoc verum est, etiamsi quis mutilet seipsum, ut, qui se ipsum castraret, ex can. *Si quis abscidit, dist. 55*. Sayrus, Cornejo cum Salmant.<sup>10</sup>. — Sicut etiam fieret irregularis, qui seipsum culpabiliter deformaret, aut digitum vel partem digiti sibi abscinderet; ut ex canone *Qui partem, dist. 55*. Dicitur: *seipsum*; quia secus esset (ut mox dicemus n. 379, in fine) si alter abscinderet tibi digitum.

366. — Haec igitur irregularitas oritur, tam ab homicidio *voluntario* (nimirum, cum homicidium sit vel directe volitum in se; vel indirecte in causa, inseparabiliter tamen et proxime cum illo conjuncta, prout est in lethali vulnere, in porrectione veneni, etc.); quam ab homicidio *casuali*, indirecte volito, nempe in causa, praevisto effectu (non ita autem proxime cum causa conjuncto) et neglecta debita diligentia ad illum impediendum. — Hinc aliqua adnotabimus <sup>1</sup>. De homicidio *voluntario*. <sup>2</sup>. De homicidio *casuali*; advertendo, quod illud quod dicitur de irregularitate ob homicidium, etiam dicitur de irregularitate ob *mutilationem* voluntariam, sive casualem.

367. — Quod ad *homicidium voluntarium* pertinet:

<sup>1</sup>. Incurrunt irregularitatem, omnes qui *propria actione* hominem occidunt; ut patet ex cap. *Si quis, 1, de homicid.* et ex Tridentino<sup>11</sup>.

368. — Sed hic dubitatur 1. *An, si homicidam poeniteat facti ante mortem, incurrat irregularitatem?*

Negant Salmant.<sup>12</sup>. Quia, ut ajunt, tunc occisori mors illa non est voluntaria in seipsa, sed tantum in causa: quae, cum jam retractata fuerit, ipse non influit amplius moraliter in mortem. — Sed verius

Mainardi. — Pius V, Mot. prop. *Dum ad Congregationem*, de die 13 Junii 1571, in Bullar. cit. — <sup>1</sup> Prax. S. Poenit., part. 3, v. *Crimina*. — Covar., in clem. *Si furiosus*, part. 3, in princ., n. 9. — <sup>2</sup> Man., cap. 27, n. 206. — <sup>3</sup> Disp. 7, de Irregul., qu. 4, punct. 8. — <sup>4</sup> Sayr., lib. 7, cap. 1, num. 7. — <sup>5</sup> Cornejo, qu. 6, disp. 2, dub. un. — <sup>6</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 18. — <sup>7</sup> Sess. 14, de reform., cap. 7. — <sup>8</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 4.

<sup>c)</sup> Bordonus, non ita absolute loquitur; dicit enim, *part. 1, resol. 11, n. 48*, infamiam facti tolli per emendationem sine dispensatione, infamiam vero juris tolli posse a prae-

vel juris.

Crimina et exercitia quibus annexa est infamia.

Sive sit voluntarium.

sive casuale.

Quod dicitur de homicidio valet pro mutilatione.

Fit irregularis occidens propria actione.

Licet homicidam poeniteat facti ante mortem, fit irregularis.

affirmant Suarez<sup>1</sup> et Viva<sup>2</sup>: nam in hoc differt causa moralis a physica. Qui posuit causam tantum *moralem*, sufficit ut eam moraliter auferat, ne effectus ei imputetur: hinc mandans homicidium, revocando mandatum ante ejus executionem, bene excusatur ab irregularitate; quia jam desinit moraliter influere. Qui vero posuit causam *physicam* mortis, nempe vulnus aut venenum, non excusatur si poeniteat; quia causa necessario pergit influere in mortem.

Hoc valet et pro mandante.

Immo recte docet Suarez<sup>3</sup>, nec etiam *mandantem* excusari ab irregularitate, si revocatio mandati casu non perveniat ad mandatarium.

Valde probabiliter tamen (ut diximus n. 40, et tenet iidem Salmant.<sup>4</sup> cum Suarez<sup>a)</sup>, Sayro<sup>b)</sup>, Avila<sup>b)</sup>, Cornejo<sup>b)</sup>, etc., ac consentit ipse Viva<sup>5)</sup> excusabitur ab excommunicatione mandans percuti clericum, si ante executionem poeniteat mandati sive consilii, licet revocatio mandataria non innotuerit; quia cessat contumacia requisita ad censuram incurrendam.

Certum autem est, quod si quis lethaliter quantumcumque vulneret, si mors non sequitur, irregularitatem non incurrit; quia nulla assignatur in jure propter conatum occisionis, sed tantum propter homicidium aut mutilationem. — Ita Suarez<sup>6)</sup>; et Salmant.<sup>7)</sup> cum Avila et Sayro, ac alii passim.

<sup>1</sup> Disp. 44, sect. 3, num. 13. — <sup>2</sup> De Censur., qu. 9, art. 2, n. 5. — <sup>3</sup> Loc. cit., — <sup>4</sup> Tr. 10, cap. 1, n. 153. — <sup>5</sup> Loc. cit., num. 5. — <sup>6</sup> Disp. 44, sect. 2, n. 2. — <sup>7</sup> Tr. 10, cap. 8, num. 4. — Avila, part. 7, disp. 5, sect. 1, init., v. *Tertio notandum*. — Sayr., lib. 6, cap. 15, n. 3 et 4. — <sup>8</sup> In cap. *Significasti* 18, de homic., num. 1. — Covar., in

latis regularibus tam de jure communi quam de jure privilegii; et, n. 50, adducit hujusmodi privilegia.

368. — <sup>a)</sup> Suarez a Salmant. citatur pro sola ratione adjuncta, nempe quod quando actus vel omissio voluntaria est in causa tantum, retractata causa, effectus non est in se culpabilis; quod utique Suarez habet, de *Pecc., disp. 3, sect. 4, n. 7 et 8.*

<sup>b)</sup> Auctores isti (excepto Sayro) a Salmant. citantur, n. 150, ubi sermo est de casu quo retractatio pervenit ad notitiam mandatarii; sed casu quo non innotuerit retractatio, non amplius citantur; et re quidem vera: licet

369. — Dubitatur 2<sup>o</sup>. *An incurrat irregularitatem, si quis primus lethaliter aliquem percusserit, sed alii postmodum eum peremerint?*

Affirmant Fagnanus<sup>8)</sup>; item Covarruvias et Ugolinus apud Bonacina<sup>9)</sup>. Et inferunt ex dicto cap. *Significasti*, ubi Pontifex dixit, primum vulnerantem non esse irregularem, si constet vulnus ab ipso infictum non fuisse lethale. Secus ergo, si lethale fuerit. — Negat vero Laymann<sup>10)</sup>; Bonacina<sup>11)</sup> cum Avila et Coninck; item Molina<sup>a)</sup> et Henriquez<sup>a)</sup>, apud Escobar<sup>12)</sup>.

Ego autem censeo cum Escobar<sup>13)</sup>, revera in praedicto cap. *Significasti* nihil definitum fuisse de hoc casu. Ibi enim fuit quidem decisum in casu ibi allato: nempe, cum quidam primum ab uno percussus fuisset, deinde ab aliis, et sic decesserit; respondit Pontifex, quod si constiterit, primum non percussisse lethaliter; eum non esse irregularem. Secus, si dubium fuisset, ut ex illius percussione, vel aliorum, vulneratus periisset. — Nostrum autem casum, nempe, quod primum vulnus lethale inflixerit, sed percussus ab aliis extinctus fuerit, puto a Pontifice fuisse praeteritum; saltem non constat fuisse decisum. Hoc tamen intelligendum<sup>b)</sup>, si constet primum vulnus non causasse mortem, nec accelerasse, sed eam intulisse secundum vulnus, nempe si caput fuisset confractum aut cor transverberatum; nam

clem. *Si furiosus*, part. 2, § 2, n. 4. — Ugolin., de Irregul., cap. 14, § 1, n. 1. — <sup>9</sup> Loc. cit., qu. 4, punct. 8, n. 38. — <sup>10</sup> Lib. 3, tr. 3, part. 3, cap. 10, m. 5. — <sup>11</sup> Loc. cit., n. 38. — Avila, part. 7, disp. 6, sect. 3, dub. 4, concl. 2. — Coninck, disp. 18, dub. 8, n. 60. — <sup>12</sup> Lib. 53, de Irregul., n. 311. — <sup>13</sup> Loc. cit., n. 312.

Avila, part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 7, concl. 2, valde probabilem existimet opinionem quae excusat ab incurrenda excommunicatione, at tamen contrariam amplectitur, sicut et Sayrus, lib. 3, cap. 26, n. 23, et Cornejo, de *Excom., disp. 3, dub. ult.*, v. *Quaeres*.

369. — <sup>a)</sup> Molina, de *Just., tr. 3, disp. 33, membr. 7, n. 4, v. f.*, ait: « propenderem » in hanc sententiam; Henriquez vero, lib. 14, cap. 14, n. 3, ait « fortasse » excusari ab irregularitate.

<sup>b)</sup> Et ita etiam suam sententiam intelligunt auctores a S. Alphonso allegati pro secunda opinione.

Si unus feriat lethaliter, sed alii occidant:

juxta alios, fit irregularis.

Juxta alios, non.

Judicium S. Doctoris.

Incurrit mandans vel consulens.

In dubio an homicidium causatum sit ex mandato aut consilio: alii dicunt mandantem aut consulentem esse irregularem.

alias, in dubio, primus non effugit irregularitatem.

370. — II<sup>o</sup>. Incurrunt irregularitatem omnes homicidium *mandantes* vel *consulentes*; ut habetur ex can. *Si quis viduam, dist. dist. 50*; cap. *Significasti 18, de homicid.* et cap. *Sicut 6, § Qui vero, eod. tit.* Hoc tamen non currit, si mandans vel consulens non inflexerit in homicidium, nimirum (ut dicunt Sanchez<sup>1)</sup> et Viva<sup>2)</sup> si constet, homicidium ex alia causa accidisse; vel si ipsemet hoc asserat, sitque fide dignus; nam alias, ut bene advertit Sanchez, non est credendus.

371. — Sed dubitatur 1<sup>o</sup>. *An mandans vel consulens censendus sit irregularis, in dubio an mandatum vel consilium fuerit, vel non, efficax causa homicidii?*

*Prima sententia* communior, quam tenent Sanchez<sup>3)</sup>, cum Salas<sup>a)</sup>; Palaus<sup>4)</sup> cum Navarro<sup>b)</sup>; et Salmant<sup>5)</sup> cum Coninck<sup>c)</sup>, Bonacina, Sayro, Avila et Cornejo, affirmat. — Tum, quia possidet mandatum sive consilium, usquedum probetur oppositum. Unde, sicut in foro externo hi damnarentur jam ut irregulares; ita censendum in interno, quod externo conformari debet, semper ac externum non utitur falsa praesumptione.

Tum, quia ratio textus in cap. *Ad audientiam*, nempe, quod in dubio homicidii tunc pars eligenda est, ut, si forte postmodum certe innotescat homicida, evitetur indecentia et scandalum, comprehendit tam homicidam, quam mandantem aut consulentem.

<sup>1</sup> Decal., lib. 1, cap. 10, n. 44. — <sup>2</sup> De Censur., qu. 9, art. 2, n. 6. — Sanchez, loc. cit. — <sup>3</sup> Decal., lib. 1, cap. 10, n. 44. — <sup>4</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 2, n. 3. — <sup>5</sup> Tr. 10, cap. 7, n. 45. — Bonac., qu. 1, punct. 5, n. 7. — Sayr., lib. 7, cap. 3, num. 2. — Avila, part. 7, disp. 6, sect. 2, dub. 3, concl. 5. — Cornejo, de Irreg., qu. 6, disp. 1, dub. 2, qu. 2, v. *Sed quid si consulens*. — <sup>6</sup> Part. 11, tr. 6, resol. 42. —

371. — <sup>a)</sup> Salas, in *Iam 2ae, tr. 8, sect. 23, n. 242*, citatur a Sanchez pro alio quodam asserto.

<sup>b)</sup> Navarrus citatur a Palaus, *punct. 3, n. 8*, ubi sermo est de « dubio facti homicidii »; et revera Navarrus, in cap. *Si quis autem, de poen., dist. 7, n. 38*, dicit solum generatim in dubio homicidii aliquem censi irregularem in utroque foro.

<sup>c)</sup> Coninck hunc casum non habet, *disp. 18,*

*Secunda vero sententia*, quam tenent ut probabilem Diana<sup>6)</sup>, Sporer<sup>d)</sup> et Tamberlinus<sup>7)</sup>, negat. — Quia, ut ajunt, irregularitas non incurritur, nisi expressa sit in jure. Jura autem loquuntur de iis qui certe sunt causa homicidii, mandando vel consulendo, vel qui dubie homicidium committunt; non autem de iis qui tantum dubie ad illud concurrunt. Unde, sicut non incurreret irregularitatem mandans sive consulens homicidium, nisi hoc in textibus supra allatis esset expressum; ita alii canones qui damnant percipientes, etiam in dubio an ex eorum percussione mors secuta fuerit, non extenduntur ad mandantes et consulentes, in dubio concursus. — Ad primam autem rationem responderi posse id, quod dicitur circa obligationem restitutionis (Vide dicta *Lib. III, n. 562, v. Secunda*, ex D. Thoma et aliis). Secundae vero rationi responderetur, quod in poenis, et praesertim in irregularitatibus (juxta dicta n. 345), non fit ob identitatem rationis extensio de casu ad casum. — Unde non videtur haec secunda sententia dicenda improbabilis.

372. — Dubitatur 2<sup>o</sup>. *An incurrat irregularitatem, qui movet homicidam jam determinatum ad occisionem, ut citius eam exsequatur?*

Negat Hurtadus cum aliis apud Viva<sup>8)</sup>; quia hic non influeret simpliciter in homicidium. — Sed communiter et recte affirmant Bonacina<sup>9)</sup>, Palaus<sup>10)</sup>; et Salmant.<sup>11)</sup> cum Avila et Cornejo; quia revera iste jam directe est causa illius homicidii eo tunc patrati.

<sup>6</sup> Lib. 10, tr. 4, cap. 5, num. 11. — Gasp. Hurt., disp. 2, diff. 6, num. 20. — <sup>7</sup> Qu. 9, art. 2, num. 6. — <sup>8</sup> Qu. 4, punct. 8, num. 19. — <sup>9</sup> Loc. cit., punct. 15, § 2, n. 3. — <sup>10</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 7 cum cap. 1, n. 147. — Avila, part. 7, disp. 6, sect. 2, dub. 3, concl. 3. — Cornejo, qu. 6, disp. 1, dub. 2, qu. 2, v. *Sed quid si est cui*. (isti duo auctores a Salmant. non citantur hic).

*dub. 2, n. 23* (al. n. 22), sed alium et quidem similem de quo eodem loco tractant Salmant.; de eo scilicet loquitur « qui scit se aliquem verberasse, qui paulo post mortuus est, et manet dubius an ex ipsius laesione sit mortuus »; quem dicit « valde probabiliter... debere se gerere pro irregulari ».

<sup>d)</sup> Sporer, *tr. 5, cap. 3, n. 135*, probabiliter utique existimat hanc secundam opinionem; sed primam ait esse probabiliorem.

Alii hoc negant.

Judicium S. Doctoris.

Movens ut citius patretur homicidium fit irregularis.

373. - Dubitatur 3°. *An consiliator homicidii excusetur ab irregularitate, si ante executionem consilium revocet?*

Negat Navarrus<sup>1</sup>; et Bonacina<sup>2</sup> cum Azor et aliis; quia consilium adhuc revocatum semper influit. — Affirmant vero Suarez<sup>3</sup> cum communi (ut asserit), Silvester<sup>4</sup>, Filliucius<sup>5</sup>; item Petrus Navarra, Avila, Sayrus, Salon<sup>a)</sup> et Ugolino apud Bonacina<sup>6</sup>. Quia, ut consulens excusetur, sufficit quod, sicut consulendo moraliter influxum posuit; ita, consilium revocando, influxum moraliter auferat (modo, intelligitur, revocatio perveniat ad homicidam<sup>b)</sup>); tunc enim homicidium potius imputatur malitiae executoris, quam consilia suadentis.

Sed, juxta dicta *Lib. III, num. 559, v. Prima*, dicimus, quod si consilium fuerit dumtaxat falsum, vel datum auctoritativo modo, revocans illud non fit irregularis. Secus, si consulens insinavit motivum vel modum occidendi; tunc enim probabilis incurrit irregularitatem, quia motivum aut modum semper influere pergunt. — Hoc tamen non obstante, secundam sententiam non puto improbabilem (Vide dicta *n. 559*).

374. - III°. Incurrunt irregularitatem, omnes qui *voluntarie cooperantur* ad homicidium, vel ut illud celerius, audacius

aut securius fiat; ut communiter docent Palaus<sup>7</sup>, Bonacina<sup>8</sup>; Tamburinius<sup>9</sup> cum Sayro, Praeposito et Ugolino; et Salmant.<sup>10</sup> cum Cornejo et Avila, ex cap. *Sicut*, § 3 *Qui vero*, et § 7 *Clericos, de homicid.*

Hinc fiunt irregulares 1°. Omnes qui ad homicidium se excitant; quamvis unus solus occidat. 2°. Omnes qui praeliantur in bello injusto, si aliquis in eo occidatur, etiamsi hoc non intendat; tunc enim saltem incurrunt irregularitatem homicidii casualis. 3°. Omnes qui ministrant arma aut pecunias, ad homicidium aut bellum injustum patrandum. 4°. Omnes qui injuste accusant aut testificantur, aut judicant, ut homo occidatur. 5°. Omnes qui associantur occisorem, animum augendo. — In communiter<sup>a)</sup> Viva<sup>11</sup>, Tamburinius<sup>12</sup>; et Salmant.<sup>13</sup> cum Bonacina, Avila, Gibalino et Cornejo.

Quapropter dicit Tamburinius<sup>14</sup> cum Sayro, Praeposito et Ugolino, quod si in rixa te ostendas amico rixanti, jam eris irregularis, si ille occidat; quia tali praesentia jam animum augeat. Additque cum Praeposito<sup>b)</sup>, non posse approbare opinionem Avilae, Henriquez et aliorum, dicentium excusari ab irregularitate patrem associantem filium rixantem, ne filius periclitetur si filius alterum occidat. — Subdit

*Avila*, loc. cit., sect. 3, dub. 3, concl. 1. — <sup>11</sup> Qu. 9, art. 2, num. 3 et 7. — <sup>12</sup> Lib. 10, tr. 4, cap. 15, § 7, num. 26. — <sup>13</sup> Tr. 10, cap. 8, num. 14. — *Bonac.*, qu. 4, punct. 8, n. 29. — *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 3, dub. 2 et dub. 3, concl. 1. — *Gibalino*, cap. 4, qu. 1, consect. 9, n. 20; consect. 10, n. 21 et 23, consect. 15, n. 45. — *Cornejo*, qu. 6, disp. 1, dub. 2, qu. ult., v. *Infero*. — <sup>14</sup> Loc. cit., n. 27. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 4, n. 11. — *Praepos.*, qu. 5, de Irregul., dub. 8, num. 65. — *Ugolin.*, cap. 17, § 1, v. f. — *Avila*, loc. cit., dub. 3, concl. 1, post med. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 16, num. 1.

Consectaria.

Alii ajunt ratihabentes fieri irregulares.

Verius aii negant.

Viva<sup>1</sup> cum Avila, fieri etiam irregularem, qui suadet amico ut inimicum occidat<sup>c)</sup>; vel se exponat probabili periculo mortis, si postea ipse amicus occidatur. (Vide *n. 387, v. Secunda*).

375. - Dubitatur 1°. *An incurrat irregularitatem, qui ratihabet homicidium suo nomine patratum?*

Affirmant<sup>a)</sup> Navarrus<sup>2</sup>; atque Molina, Silvester, etc. apud Salmant.<sup>3</sup>; quia, ut ajunt, ratihabentes aequiparantur mandantibus. Ideo in cap. *Cum quis, de sent. excom.*, in 6°, ratihabentes percussionem clerici suo nomine factam, jam incurrunt excommunicationem. — Sed verius et communiter negant Suarez<sup>4</sup>, Bonacina<sup>5</sup>; Salmant.<sup>5</sup> cum Cornejo, Diana, Gibalino, Villalobos et Leandro; ac Escobar<sup>6</sup> cum Coninck, Avila, Covarruvias, Sayro et Henriquez<sup>c)</sup>. Ratio, quia nullibi habetur in jure, ratihabentibus impositam esse irregularitatem. Ratihabitio autem aequiparatur mandato quoad culpam; non autem quoad poenam, nisi in jure sit expressum: prout expressum est de ratihabentibus clerici percussionem, respectu ad excommunicationem, non autem irregularitatem incurrendam.

<sup>1</sup> De Censur., qu. 9, art. 2, n. 8. — *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 2, dub. 5, concl. 3 et 4. — <sup>2</sup> Man., cap. 27, n. 233. — *Molina*, de Just. et Jure, tract. 3, disp. 33, membr. 4. — *Silvest.*, v. *Homicidium I*, n. 11, v. *Quintum*. — <sup>3</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 11. — <sup>4</sup> Disp. 44, sect. 3, n. 24. — <sup>5</sup> Loc. cit. n. 12. — *Cornejo*, qu. 6, disp. 1, dub. 2, qu. 8, v. *Sed quid de consensione*. — *Diana*, part. 4, tr. 2, resol. 13. — *Gibal.*, cap. 4, consect. 15. — *Villal.*, part. 1, tr. 21, diff. 20, n. 12 et 13. — *Leand.*, tr. 2, disp. 10, qu. 35. — <sup>6</sup> Lib. 53, n. 288 et 289. — *Coninck*, disp. 18, dub. 8, n. 72. — *Avila*, loc. cit., dub. 6. — *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 2, § 1, n. 4. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 4, num. 17. — <sup>7</sup> De Censur., disp. 45, sect. 4, n. 3. — <sup>8</sup> Qu. 4, punct. 8, n. 37. — <sup>9</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 39. —

376. - Dubitatur 2°. *An incurrat irregularitatem, qui valens homicidium impedire, culpabiliter non impedit?* — Si tantum ex *charitate* tenetur impedire, certum est apud omnes, non incurrere; esto ex odio non impediatur. Ita communiter Suarez<sup>7</sup>, Bonacina<sup>8</sup>; et Salmant.<sup>9</sup> cum Avila, Sayro, Filliucio, Gibalino, Henriquez, Cornejo, etc.

Dubium fit, *an incurrat, qui tenetur impedire ex justitia, ratione pacti vel officii*; nempe, si sit medicus stipendio conductus, advocatus qui tenetur reum tueri, custos viarum, pater, tutor, dominus, aut maritus qui tenetur uxori alimenta praestare?

*Prima* sententia negat incurrere. Et hanc tenent Roncaglia<sup>10</sup>, Hurtadus<sup>11</sup>, Turrianus<sup>a)</sup>; Diana<sup>b)</sup> cum Vasquez et Tabiena<sup>c)</sup>; item Praepositus, Leander et Gibalinus<sup>d)</sup> apud Salmant.<sup>12</sup> Et probabilis videri ajunt Palaus<sup>13</sup> et Escobar<sup>14</sup>. — Ratio, quia aliter judicandus est qui positive influit in homicidium, quam qui homicidium non impedit.

*Secunda* vero sententia affirmat. Et hanc tenent Navarrus<sup>15</sup>, Suarez<sup>16</sup>, Palaus<sup>17</sup>, Bonacina<sup>18</sup>, Toletus<sup>19</sup>, Contin. Tournely<sup>20</sup>;

*Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 2, dub. 7, concl. 1. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 4, n. 3. — *Fill.*, tr. 20, cap. 4, n. 127. — *Gibal.*, cap. 4, qu. 1, consect. 13, n. 35 et 41. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 12, n. 7. — *Cornejo*, qu. 6, disp. 3, dub. 4, concl. 1. — <sup>10</sup> Tr. 4, qu. 7, de Irregul., cap. 3, qu. 3, v. *Non pauci*. — <sup>11</sup> Disp. 2, diff. 9, n. 34. — *Vasq.*, in Mss. de Irregul., apud Diana, Hurt. et Turr. — *Praepos.*, dub. 13, num. 79. — *Leand.*, tr. 2, disp. 10, qu. 88. — <sup>12</sup> Loc. cit., num. 41. — <sup>13</sup> Tract. 29, disp. 6, punct. 15, § 7, num. 8. — <sup>14</sup> Lib. 53, n. 315. — <sup>15</sup> Man., cap. 27, num. 231. — <sup>16</sup> Disp. 45, sect. 4, v. *Dico 2*. — <sup>17</sup> Loc. cit., n. 2 et 3. — <sup>18</sup> Loc. cit., n. 37. — <sup>19</sup> Lib. 1, cap. 87, n. 6. — <sup>20</sup> De Irreg., part. 3, cap. 1, art. 1, v. f. v. *Resp. 2*.

Non impediens, si solum ex charitate tenetur, non fit irregularis.

Si ex justitia tenetur, neque fit irregularis, juxta alios.

Juxta alios, fit irregularis.

373. - <sup>a)</sup> Quamvis Salon hic a Bonacina citetur, sed sine loci indicatione, ipse tamen, quod sciam, hanc sententiam non tenet; quin immo videtur contrariam suadere, in *2am 2ae, qu. 62, art. 7, controuv. 6*, ubi negat satis esse consiliarium retractasse suum consilium; sed quando damnum subsequitur, ad restitutionem tenetur, licet consilium retractaverit.

<sup>b)</sup> Auctores citati pro secunda sententia requirunt, ut consulens faciat quod possit ad tollendum influxum, quod plures ex ipsis hoc modo explicant: scilicet ut contrariis rationibus nitatur dissuadere ab occisione; quod si vero nequeat dissuadere, requirunt omnes

ut moneat occidendum de periculo. Hinc non multum videtur differre haec opinio a prima; Navarrus enim et Azor negant revocantem consilium excusari ab irregularitate, « quia tenetur persuadere contrarium ».

374. - <sup>a)</sup> Non omnes auctores citati singula haec exempla, sed quidam unum alterumve dumtaxat afferunt.

<sup>b)</sup> Praepositus male adducitur a Tamburinio contra Avilam; nam, *loc. cit.*, Praepositus de asserto Avilae scribit: « Non videtur improbabile, si exterius [pater vel frater invadentis] non censeantur eum animare ad occidendum ».

<sup>c)</sup> Viva et Avila secundum dumtaxat casum proferunt.

375. - <sup>a)</sup> Affirmant utique, modo ratihabens potuerit mandare homicidium tempore quo patratum est. Praeterea Molina requirit ut ratihabitio externa sit.

<sup>b)</sup> Bonacina, *qu. 4, punct. 8, n. 42*, negat incurri irregularitatem, si homicidium factum sit « ipso insciente ».

<sup>c)</sup> Henriquez, *lib. 14, cap. 7, n. 2*, negat esse irregularem in foro interiori. Cfr. etiam *cap. 12, n. 10*.

376. - <sup>a)</sup> Turrianus, *lib. 9, disp. 63, dub. 5*, v. *Sed difficultas est*, non dicit aperte se amplecti sententiam negativam, nihilominus

hanc videtur tenere eo quod argumenta quibus nititur exponit.

<sup>b)</sup> Diana, *part. 4, tr. 2, resol. 7*, probabilis existimat, sed contrariam vocat communioris et probabiliorem.

<sup>c)</sup> Tabiena, v. Irregularitas I, n. 3, negat in genere eum qui occisionem non impedit incurrere irregularitatem, et affert exemplum medici « qui dimittit infirmum mori, nolens mederi », et divitis « qui dimittit pauperem fame mori ».

<sup>d)</sup> Gibalinus utique sic tenet, *n. 35 et 41*; sed addit *n. 39 et 41*: « Mera et nuda non defensio... tamen vix contingit in obligationibus justitiae ».

Item, juxta alios, consulens revocans consilium.

Sed hoc negant alii.

Et non improbabile.

Incurrunt cooperantes ad homicidium.

Escobar<sup>1</sup> cum Manuele et Henriquez; ac Salmant.<sup>2</sup> cum Avila, Sayro et Cornejo. — Ratio, quia omittens defendere, cum possit, quem ex justitia defendere tenetur, censetur verus homicida; cum ipse, si non physice, moraliter tamen influit in homicidium.

Haec sententia est quidem communior, et probabilis. — Sed non minus probabilis mihi videtur prima. Cum enim irregularitas debeat esse in jure expressa, recte dicit Roncaglia, ex sacris canonibus non satis constare, hujusmodi non impediens, moralem tantum causam praebentes, incurrere irregularitatem; sed solos occidentes, mandantes, consulentes, omnesque positive in homicidium influentes.

Iidem autem Contin. Tournely<sup>e)</sup> et Escobar<sup>3</sup> excusant ab irregularitate qui committunt impedire, non jam studiose, ut homo occidatur, sed tantum ex timore vel negligentia. Idque recte inferunt ex cap. *Quaestum, de poenit. et remiss.*, ubi parentes, ex quorum culpa filii in cunis perierint, censentur irregulares, si studiose neglexerint suffocationem impedire, non tamen, si ex ipsorum incuria filii mortui fuerint.

**377.** — Haec, quoad homicidium voluntarium. Quod vero ad *homicidium CASUALE* spectat, incurritur irregularitas etiam ab eo qui periculum mortis praedidit ex aliqua sua actione, et negligit culpabiliter

<sup>1</sup> Lib. 53, n. 315. — *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 176, n. 14 et cap. 177, n. 5, 6 et 18. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 12, n. 7. — <sup>2</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 42. — *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 2, dub. 7, concl. 2. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 4, a n. 3. — *Cornejo*, qu. 6, disp. 3, dub. 4, concl. 2. — *Ronc.*, Tr. 4, qu. 7, cap. 3, qu. 8, v. *Non pauci*. — <sup>3</sup> Loc. cit., n. 315. — <sup>4</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 5, n. 3. — <sup>5</sup> Tr. 10, cap. 8, num. 29. — *Avila*, loc. cit. sect. 1, dub. 14 et 15. — *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 2, § 4, n. 1, 4 et 6. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 15, n. 7. — <sup>6</sup> Qu. 4, punct. 7 n. 27. — <sup>7</sup> Loc. cit., § 4, n. 1. —

<sup>e)</sup> Contin. Tournely, loc. cit., art. 1, v. f., absolute et in genere dicit non impediens incurrere irregularitatem; sed postea quaerit utrum incurrat irregularitatem homicidii voluntarii, si non impediatur ex odio et ex intentione ut alius occidatur; et si vero non impediatur ex timore humano vel negligentia, ... censetur casuale.

**377.** — <sup>a)</sup> Clem. *Si furiosus*, quod ad praesens attinet, dicit solum: « Si furiosus, aut infans, seu dormiens hominem mutilet vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit ».

<sup>b)</sup> Legendum est: *contra Cajetanum, Sum.*,

illud praecavere. Ita Palaus<sup>4</sup> et Salmant.<sup>5</sup> cum Avila, Covarruvias et Henriquez ac alii passim: ut patet ex clem. *Si furiosus, de homicid.* <sup>a)</sup>. Dicitur: *culpabiliter*. Nam ad incurram irregularitatem ex delicto, requiritur culpa lata, quae peccatum mortale supponit; ut communiter docent Bonacina<sup>6</sup>, Palaus<sup>7</sup>, Suarez<sup>8</sup>, Contin. Tournely<sup>9</sup>, Concina<sup>10</sup>, Salmant.<sup>11</sup> cum Avila, Sayro et Cornejo; ac Viva<sup>12</sup> cum Cajetano<sup>b)</sup>, Armilla<sup>b)</sup>, etc.

**378.** — « Unde resolves:

« 1<sup>o</sup>. Non fit irregularis, qui in rixa « praescindit alteri digitum, pollicem, ungues, dentes, barbam, capillos, labia, « nasum, auriculam (id est, cartilaginem, « quae tantum deservit ad ornatum et « tutelam auris). Quia non sunt proprie « membra; v. gr. digitus est pars tantum « et officium membri. — Avila et alii octo<sup>a)</sup>, « apud Diana<sup>13</sup>. Item Marcus Leo<sup>b)</sup>, ex « Glossa in cap. ult. de homicid., in 6<sup>o</sup> et « leg. *Quaeritur 10* <sup>c)</sup>, leg. *Non sunt 14*, « § *Partus, ff. de statu hom.* ».

**379.** — Incurritur igitur irregularitas etiam ob mutilationem membri; ut habetur in cap. *Significasti, de homicid.* <sup>a)</sup>, et in clem. *Si furiosus, eod. tit.*

Sed dubitatur 1<sup>o</sup>. Quid veniat nomine *membra*?

*Prima* sententia, quam tenent Suarez<sup>14</sup>, ac Sotus, Cajetanus, Aragon, etc. apud Salmant.<sup>15</sup> dicit, intelligi non solum ocu-

<sup>4</sup> Disp. 45, sect. 5, n. 8. — <sup>5</sup> De Irregul., part. 3, cap. 1, art. 2, v. *Resp. 2*. — <sup>6</sup> Diss. 2, cap. 6, num. 7. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 30. — *Avila*, loc. cit., dub. 11, concl. 3. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 5, n. 4 et seqq. — *Cornejo*, qu. 6, disp. 3, dub. 3, in princ. — <sup>8</sup> Qu. 9, art. 2, num. 10. — *Avila*, part. 7, disp. 5, sect. 1, dub. 1. — <sup>9</sup> Part. 4, tr. 2, resol. 26. — <sup>10</sup> Disp. 44, sect. 2, num. 7 et seqq. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 5, qu. 2, artic. 1. — *Cajet.*, in 2<sup>ae</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 65, artic. 1. — *Aragon*, in 2<sup>ae</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 65, artic. 1, v. f. — <sup>11</sup> Loc. cit., num. 21.

v. Irregularitas et in 2<sup>ae</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 64, art. 8, v. f. et Armilla, v. Irregularitas, num. 4 et 12.

**378.** — <sup>a)</sup> Praeter Avilam, Diana citat sex dumtaxat auctores pro hac sententia, quidquid dicat Busebaum; ceteri duo citantur pro opposita sententia, saltem in parte.

<sup>b)</sup> Marcus Leo, *Praxis, part. 3*, v. *Et ideo*, de digito loquitur.

<sup>c)</sup> Glossa in leg. *Quaeritur* nihil videtur ad rem facere.

**379.** — <sup>a)</sup> Cap. *Significasti 18, de homicid.*, de vulneratione loquitur.

Incurritur irregul. ob mutilationem membri.

lum, manum, etc., sed etiam nasum, digitos et auriculam; quia per horum abscissionem jam aufertur (ut ajunt) corporis integritas. — Sed communissime et probabilius Bonacina<sup>1</sup>, Palaus<sup>2</sup>, Concina<sup>3</sup>, Habert<sup>4</sup>, Contin. Tournely<sup>5</sup>; Cabassutius<sup>6</sup> cum Navarro ac Avila; et Salmant.<sup>7</sup> cum Valentia, Covarruvias, Sayro, Diana, Hurtado, Gibalino, etc. dicunt, nomine *membra* intelligi tantum partes illas corporis, quae proprium officium habent ab aliis divisum, ut oculus ad videndum, manus ad agendum, pes ad ambulandum, etc.

Hinc probabilius dicunt Palaus<sup>8</sup> et Contin. Tournely<sup>9</sup>; et Salmant.<sup>10</sup> cum Avila, Covarruvias, Sayro, Cornejo, etc., non incurrere irregularitatem qui amputaret *auriculam*; quia, ea ablata, non tollitur omne officium audiendi. Nec, qui *dentes* evelleret; quia non sunt membra, sed instrumenta maxillarum ad cibos mandendos; ut Bonacina<sup>11</sup>, Palaus<sup>12</sup>; et Salmant.<sup>13</sup> cum Sayro, Diana et Gibalino. Et tanto minus, qui *capillos* aut *barbam* abscinderet. — Item, nec qui aufert alteri *digitum*, quisquis sit; ut Bonacina, Palaus, Contin. Tournely; et Salmant.<sup>14</sup> cum <sup>b)</sup> Valentia, Avila, Covarruvias, Sayro, Hurtado, Cornejo et aliis communissime. Nec

Quid probabilius veniat nomine membri.

Non fit irregularis, amputans auriculam,

nec dentes evellens,

nec capillos, barbam aut digitum abscindens.

<sup>1</sup> Qu. 4, punct. 8, n. 3. — <sup>2</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 1, n. 4. — <sup>3</sup> Diss. 2, cap. 6, n. 4. — <sup>4</sup> De Ordine, part. 3, cap. 6, § 9, qu. 3. — <sup>5</sup> De Irregul., part. 2, cap. 8, art. 1. v. *Quaeres 2*. — <sup>6</sup> Lib. 5, cap. 20, n. 9. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 206. — *Avila*, part. 7, disp. 5, sect. 1, dub. 1. — <sup>7</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 22. — *Valent.*, tom. 4, disp. 7, qu. 19, punct. 3, § 4, post med. — *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 3, in princ., n. 6. — *Sayr.*, lib. 6, cap. 15, num. 13 et seqq. — *Diana*, part. 2, tr. 15, resol. 20; et part. 4, tr. 2, resol. 26. — *Gasp. Hurt.*, disp. 2, diff. 5, num. 18. — *Gibal.*, cap. 4, qu. 1, num. 6. — <sup>8</sup> Loc. cit., num. 4. — <sup>9</sup> Loc. cit., art. 1, v. f. v. *Ex quibus*. — <sup>10</sup> Loc. cit., n. 24. — *Avila*, loc. cit., dub. 1, v. *Sequitur 2*. — *Covar.*, loc. cit., v. *Primum*. — *Sayr.*, loc. cit., n. 17. — *Cornejo*, qu. 6, disp. 2, dub. un., qu. 4, v. *Infero 2*. — <sup>11</sup> Loc. cit., n. 3 et 8. — <sup>12</sup> Loc. cit., n. 4. — <sup>13</sup> Loc. cit., num. 24. — *Sayr.*, loc. cit.,

<sup>b)</sup> Valentia, Covarruvias et Hurtadus hic a Salmant. omittuntur, quamvis revera sic doceant de ablatione digiti.

<sup>c)</sup> Habert, loc. cit., qu. 3, v. *Dices*, scribit eum irregularem esse, « qui volens et ex culpa abscidit [partem digiti ...]; hic enim irregularis est ex delicto et non ex defectu ».

**380.** — <sup>a)</sup> Bonacina ita sane refertur a Salmant.; sed ipse, loc. cit., punct. 8, n. 3 de testiculis non loquitur sed ait: « membrum virile [est] proprie membrum ».

obstat textus in can. *Qui partem 6, dist. 55*, ubi declaratus fuit irregularis, qui sibi ipsi digitum vel partem digiti abscidit; nam respondetur cum Contin. Tournely et Habert<sup>c)</sup>, illi non fuisse irregularitatem impositam ob solam mutilationem, sed ob pravam voluntatem, *quae sibi causa fuit* (ut ibi dicitur) *ferrum injicere*.

**380.** — Dubitatur 2<sup>o</sup>. *An sit irregularis, qui abscindit testiculos alterius?*

Negant Bonacina<sup>a)</sup>, Hurtadus, Avila et Cornejo apud Salmant.<sup>15</sup>; quia (ut dicunt) illi non sunt membrum, sed pars membri. — Sed probabilius affirmant Roncaglia<sup>16</sup>, Palaus<sup>17</sup> et Salmant.<sup>18</sup> et Diana<sup>19</sup> (quamvis alias <sup>b)</sup> oppositum dixerit); quia testiculi jam propriam operationem habent, nempe efformandi semen aptum ad generandum. Intellige id tamen, si abscissio injuste fit. — Secus vero, si unus tantum testiculus auferatur; quia unus non habet officium ab altero diversum, cum uterque ad eundem operationem concurrant.

Fieret vero irregularis, ut recte dicunt Palaus<sup>20</sup>, Contin. Tournely, Habert<sup>c)</sup>, Concina; et Salmant.<sup>21</sup> cum Sayro et Bonacina<sup>a)</sup>, qui mulieri *unam mamillam* abscinderet; quia unaquaeque mamilla proprium officium habet.

Fit irregularis, abscindens utrumque testiculum.

Item, abscindens unam mamillam.

n. 14. — *Diana*, part. 2, tr. 15, resol. 20. — *Gibal.*, cap. 4, qu. 1, conseq. 16, num. 46. — *Bonac.*, loc. cit., num. 3. — *Palaus*, loc. cit., num. 4. — *Cont. Tourn.*, loc. cit., v. *Ex quibus*. — <sup>14</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 24. — *Valent.*, loc. cit. — *Avila*, loc. cit., dub. 1, v. *Sequitur 2*. — *Covar.*, loc. cit., n. 9, v. *Tertio et Quarto*. — *Sayr.*, loc. cit., n. 15 et seq. — *Hurt.*, loc. cit., n. 19. — *Cornejo*, loc. cit., qu. 4, v. *Infero 1*. — *Contin. Tourn.*, loc. cit., art. 1, v. *Resp. ad 3*. — *Hurt.*, loc. cit., n. 19. — *Avila*, loc. cit., dub. 1. — *Cornejo*, loc. cit., disp. 2, v. *Ad secundam*. — <sup>15</sup> Loc. cit., n. 23. — <sup>16</sup> Qu. 7, cap. 3, qu. 2, resp. 2. — <sup>17</sup> Loc. cit., n. 4. — <sup>18</sup> Loc. cit., n. 23. — <sup>19</sup> Part. 9, tr. 7, resp. 21. — <sup>20</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 1, n. 4. — *Cont. Tourn.*, de Irregul., part. 2, cap. 8, art. 1, v. *Ex quibus*. — *Concina*, diss. 2, cap. 6, num. 4. — <sup>21</sup> Tr. 10, cap. 8, num. 23. — *Sayr.*, lib. 6, cap. 15, n. 18.

<sup>b)</sup> Scilicet *part. 2, tr. 15, resol. 20*.

<sup>c)</sup> Habert, loc. cit., qu. 3, casum hunc silentio praetermittit.

<sup>d)</sup> Bonacina, qu. 4, punct. 8, n. 3, videtur loqui de abscissione utriusque mamillae: « Idem dicendum est [scilicet, esse membrum] de mamillis foeminarum, eo quod habeant proprium officium distinctum a caeteris ». Sed Salmant. loquuntur de eo qui abscidit « mamillas aut mamillam mulieris » et auctores indiscriminatim adducunt.

Quid de  
abscissione  
dimidiae  
manus.

Idem docent Suarez<sup>e)</sup> et alii apud Viva, de abscissione *dimidiae manus*. — Sed contradicit Contin. Tournely<sup>1</sup>; quia in *cap. 2, de cler. aegrot.*, qui duos digitos cum medietate palmae amisit, non dicitur mutilatus, sed debilitatus. Communiter autem dicunt Navarrus<sup>2</sup>, Cabassutius<sup>3</sup> cum Suarez, Coninck et Avila; Salmant.<sup>4</sup> cum Soto, Bonacina, Covarruvias, Sayro et Avila; ac Croix<sup>5</sup> cum Suarez et Silvio (contra Cajetanum<sup>f)</sup>, etc.), et probabile putat Roncaglia<sup>6</sup>, non esse irregularem qui alterius membrum debilitaret, adhuc taliter ut redderet ineptum ad officium suum. Imo, etiamsi mortuum relinqueret; ut dicunt Palaus<sup>7</sup>; et Navarrus<sup>8</sup>, Covarruvias<sup>9</sup>, etc. apud Salmant.<sup>8</sup>. — Sed huic valde probabiliter contradicit Suarez<sup>9</sup>, Cabassutius<sup>10</sup>, Concina<sup>11</sup>; et Salmant.<sup>12</sup> cum Cornejo, etc.; quia tale membrum, licet secundum apparentiam non sit mutilatum, reipsa tamen ablatum censetur, cum non sit amplius animatum et continuatum cum aliis membris.

Unde probabiliter e converso inferunt Salmant.<sup>13</sup>, non esse irregularem, qui tale membrum omnino exsiccatum abscinderet: quia talis non esset mutilatio formalis.

Viva, qu. 9, art. 2, n. 2. — <sup>1</sup> De Irreg., part. 2, cap. 8, art. 1, v. Resp. Partes. — <sup>2</sup> Man., cap. 27, n. 206, v. Tertio et n. 223. — <sup>3</sup> Lib. 5, cap. 20, n. 9. — Suar., disp. 44, sect. 2, n. 5. — Coninck, disp. 18, dub. 8, n. 61. — Avila, part. 7, disp. 5, sect. 1, dub. 2. — <sup>4</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 25. — Sotus, de Just. et Jure, lib. 5, qu. 2, artic. 1. — Bonac., qu. 4, punct. 8, n. 6 et 11. — Covar., in clem. Si furiosus, part. 3, in princ., num. 9<sup>bis</sup>. — Sayr., lib. 6, cap. 15, num. 5. — Avila, loc. cit. — <sup>5</sup> Lib. 7, num. 487. — Suar., loc. cit., num. 5. — Silvio., opusc. 6, Resolut. var., v. Irregularitas I. — <sup>6</sup> Qu. 7, cap. 3, qu. 2, resp. 2. — <sup>7</sup> Loc. cit., num. 5. — <sup>8</sup> Loc. cit., n. 26. — <sup>9</sup> Disp. 44, sect. 1, n. 11. — <sup>10</sup> Loc. cit., n. 9. — <sup>11</sup> Loc. cit., n. 5. — <sup>12</sup> Loc. cit., num. 27. —

381. — In hac autem irregularitate propter mutilationem, bene possunt dispensare episcopi, si sit occulta: ex facultate Tridentini<sup>14</sup>, ubi tantum excipitur irregularitas ob homicidium voluntarium; — ut communiter docent Suarez<sup>15</sup>, Palaus<sup>16</sup>, Bonacina<sup>17</sup>; et Salmant.<sup>18</sup> cum Filliuccio, Avila, Cornejo, Diana, Gibalino, Villalobos, etc.

382. — <sup>1</sup> Nec fit irregularis, qui ex caecavit hominem, solo visu privando, non autem oculum extrahendo: nec qui debilitat tantum membrum et non abscindit; quia non est mutilatio. — Diana<sup>19</sup> ex Megala, etc.

<sup>2</sup> Quando plures (non ex consilio, sed in rixa) unum percutiunt, et unus lethale vulnus infligit, ex quo moritur; si constat quis hoc fecerit, hunc solum fieri irregularem docent Sayrus et alii quinque<sup>a)</sup> cum Diana<sup>20</sup>; contra Avila, Suarez, etc.

<sup>3</sup> Qui infirmo bona fide dat aliquid, v. gr. cibum vel potum, vel eum movet, vel de lecto in lectum transfert, aut aliud circa eum operatur, ex quo mors vel ejus acceleratio praeter intentionem sequatur; non fit irregularis, nisi inter venerit lata culpa. Avila, Filliucci et

Cornejo, qu. 6, disp. 2, qu. 2. — <sup>14</sup> Loc. cit. — <sup>15</sup> Sess. 24, de reform., cap. 6 Licet. — <sup>16</sup> Loc. cit., n. 4. — <sup>17</sup> Loc. cit., punct. 15, § 3, n. 3. — <sup>18</sup> Qu. 4, punct. ult., n. 11. — <sup>19</sup> Cap. 8, n. 28. — Fill., tr. 20, cap. 2, n. 51. — Avila, part. 7, disp. 6, sect. 5, dub. 4. — Cornejo, loc. cit., qu. ult. — Diana, part. 1, tr. 11, resol. 112 et part. 4, tr. 2, resol. 71. — Gibal., cap. 4, qu. 1, n. 9. — Villal., part. 1, tr. 21, diff. 21, n. 2. — <sup>20</sup> Part. 4, tr. 2, resol. 26. — Megal., Instit. confess., part. 3, lib. 7, cap. 1, n. 30 et 31. — Sayr., lib. 7, cap. 4, n. 13. — <sup>21</sup> Part. 2, tr. 15, resol. 18. — Avila, part. 7, disp. 6, sect. 3, dub. 3, concl. 4. — Suar., disp. 45, sect. 3, n. 11. — Avila, part. 7, disp. 6, sect. 1, dub. 8, concl. 2 et 3. — Fill., tr. 19, cap. 10, n. 278.

Episcopi  
dispensant  
si mutilatio  
occulta.

De eo qui  
excaecat a-  
liquem.

De occi-  
sione in ri-  
xa.

De morte  
infirmi ac-  
celerata.

<sup>e)</sup> Suarez, disp. 44, sect. 2, n. 8, non satis sibi videtur consentire; principium enim generale adducit quod videtur valere pro abscissione unius dimidiae palmae, deinde vero exemplum affert de abscissione dimidiae utriusque manus; haec sunt ejus verba: mutilationem simpliciter dicendam esse, si principale membrum notabiliter minuatur, licet non totum abscindatur... Exemplisque declaratur: nam quis dicat ad irregularitatem non satis esse digitos vel dimidiam partem utriusque manus abscindere. Quin imo, n. 9, negat abscissionem unius digiti, si sit ex duobus minimis, satis esse ad irregularita-

tem; « de quolibet autem aliorum mihi videtur res satis gravis et ad minimum dubia et dispensatione indigens ».

<sup>f)</sup> Cajetanus male citatur a Croix; non enim de simplici debilitatione loquitur, in 2<sup>a</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 65, art. 1, sed de abscissione digiti.

<sup>g)</sup> Navarrus, Man., cap. 27, n. 207, et Covarruvias, in clem., Si furiosus, part. 3, in princ. n. 9<sup>bis</sup>, plane rem innuunt et fere expresse asserunt.

382. — <sup>a)</sup> Diana praeter Sayrum tres tantum auctores affert pro sua sententia, quidquid dicat Busenbaum.

« alii quatuor<sup>b)</sup> cum Diana<sup>1</sup>: ubi (ex Bonacina<sup>c)</sup>, etc.) notat, sacerdotibus et « religiosis circa moribundos licere eadem, quae laicis ». — Ita etiam Contin. Tournely<sup>2</sup>, Concina<sup>3</sup>; Elbel<sup>4</sup> cum Filliuccio et Avila; ac Salmant.<sup>5</sup> cum Cornejo et Pellizzario.

Sic etiam nec fit irregularis sacerdos, jubens fieri abscissionem membri praescriptam a medico: modo ipse non exsequatur. Cabassutius<sup>6</sup>. — Immo, multum probabiliter Concina<sup>7</sup> eximit ab irregularitate, qui adjuvaret chirurgum congrue mutilantem aegrotum.

An vero fiat irregularis qui facit ista, ut infirmus citius moriatur? — Affirmant Covarruvias, Navarrus, etc. — Sed negant Pellizzarius et Coninck<sup>d)</sup>, ac merito probabile putant Salmant.<sup>8</sup>; quia, licet adsit peccatum grave, deficit tamen actio externa graviter injusta. — Hinc mihi videtur utendum distinctione, qua usi sumus in obligatione restitutionis (juxta dicta Lib. III, n. 551, v. Sed in hoc): spectandum enim, an apponatur, vel non, diligentia ad mortem infirmi praecavendam. — Certe autem fit irregularis, qui temere remedium praebet, ex quo mors notabiliter acceleraretur. Salmant.<sup>9</sup>

Semper tamen ad irregularitatem ex delicto requiritur culpa lata cum peccato

<sup>1</sup> Part. 5, tr. 3, resol. 117. — <sup>2</sup> De Irregul., part. 3, cap. 1, art. 2, concl. 1. — <sup>3</sup> Diss. 2, cap. 6, n. 7. — <sup>4</sup> Confer. 5, n. 171. — Fill., tr. 19, cap. 10, n. 278. (non citatus ab Elbel pro hoc asserto). — Avila, part. 7, disp. 6, sect. 3, dub. 3, concl. 3, i. f. (eodem modo citatus ac Fill.). — <sup>5</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 88. — Cornejo, disp. 3, dub. 1, v. Infero II. — Pellia., tr. 7, cap. 5, n. 174. — <sup>6</sup> Lib. 5, cap. 19, n. 22. — <sup>7</sup> Diss. 2, cap. 7, n. 20. — Covar., in clem. Si furiosus, part. 2, § 4, n. 3, v. Pari sane. — Navar., Man., cap. 27, num. 229. —

<sup>b)</sup> Hic pariter erravit Busenbaum in numerandis auctoribus; praeter Avilam enim sex auctores citantur a Diana.

<sup>c)</sup> Diana id non infert ex Bonacina, qui revera id omittit, qu. 4, punct. 7, n. 12.

<sup>d)</sup> Coninck pro ratione tantum asserti adducitur a Pellizzario, quod scilicet Ecclesia censuram ferre non potest pro actu interno, nec pro externo actu, qui secundum se et omnes circumstantias licitus est, sed peccaminosus solum ex intentione qua ponitur. Quod profecto habet Coninck, disp. 13, n. 71.

<sup>e)</sup> Rectius: apud Dianam.

<sup>f)</sup> Praepositus, dub. 8, n. 65, loquitur de casu omnino simili, scilicet de patre aut fratre invadentis.

mortali; ut Salmant., Contin. Tournely, Concina et alii communiter, citati n. 348 et 377.

<sup>5</sup> Qui amicum bono animo comitatur, ne periclitetur in rixa, non fit irregularis, etsi amicus occidat alium. Avila, Henriquez, etc. cum<sup>e)</sup> Diana<sup>10</sup>. — Limitat autem Praepositus<sup>f)</sup>, nisi sua praesentia animaverit ad occidendum. — [Vide n. 374].

<sup>6</sup> In bello injusto, si vel unus occidatur, totus exercitus fit irregularis: saltem si aliqua ratione sit cooperatus. — Bonacina<sup>11</sup>.

<sup>7</sup> Irregularis fit, qui procurat abortum foetus animati anima rationali; secus, si animatus non sit. Can. Moyses [9, caus.], 32, qu. 2<sup>8</sup>. — Bonacina<sup>12</sup>, Coninck, etc. ».

383. — <sup>8</sup> Qui dans operam rei licitae (immo, secundum multos, etiam illicitae), sufficientem diligentiam adhibuit, ne ex ea homicidium sequeretur, et tamen secutum est; non fit irregularis, ob defectum voluntarii. Secus tamen, si diligentiam omisit omissione mortali. Bonacina<sup>13</sup>, Lessius<sup>a)</sup>, etc. — Alii tamen dicunt, quod dans operam rei illicitae, ex quavis culpa, etiam levissima, incurrat hanc irregularitatem. Panormitanus<sup>b)</sup>, Covarruvias<sup>c)</sup>, Marcus Leo<sup>14</sup>.

Pellia., loc. cit., n. 175. — <sup>8</sup> Loc. cit. — <sup>9</sup> Loc. cit. — Salmant., Tr. 10, cap. 7, n. 12; cfr. cap. 8, n. 30. — Contin. Tourn., part. 1, cap. 2, qu. 3, resp. 2; cfr. part. 3, cap. 1, art. 2, v. Quaeres. — Concina, diss. 2, cap. 5, num. 8. — Avila, disp. 6, sect. 3, dub. 3, concl. 1, in med. — Henricq., lib. 14, cap. 16, n. 1, i. f. — <sup>10</sup> Part. 4, tr. 2, resol. 17. — <sup>11</sup> Qu. 4, punct. 4, num. 3. — <sup>12</sup> Qu. 4, punct. 8, num. 27. — <sup>13</sup> Coninck, disp. 18, dub. 8, num. 64. — <sup>14</sup> Qu. 4, punct. 7, n. 8 et 9. — <sup>15</sup> Praxis, part. 3, v. Pro plena, fol. 354.

<sup>g)</sup> Hic canon, a Busenbaum citatus, non tractat de irregularitate; videtur tamen negare esse homicidam, qui abortum foetus nondum animati procurat.

383. — <sup>a)</sup> Lessius, lib. 2, cap. 9, n. 103, non ita absolute tenet, sed postquam hanc opinionem retulit, addit: « Sed quidquid sit de irregularitate (de qua alibi), certum videtur hic nullam esse culpam homicidii ». Sed alibi, id est, De Irregul., cap. 4, dub. 1, quod a Busenbaum non citatur, haec utique omnia tenet.

<sup>b)</sup> Panormitanus, in cap. Continebatur, n. 1 et cap. Tua nos, n. 4, de homicid., dicit eo casu imputari homicidium.

<sup>c)</sup> Covarruvias, in clem. Si furiosus, part. 2,

De occi-  
tante alium  
in rixa.

De occi-  
sione in bello  
injusto.

De abortu.

Distingendum igitur:

I. Si quis dat operam rei licitae, et debitam adhibet diligentiam ne homicidium sequatur, non incurrit irregularitatem, si mors accidat. — Ita communiter Palaus<sup>1</sup>, Bonacina<sup>2</sup>, Concina<sup>3</sup>, Contin. Tournely<sup>4</sup>, Salmant.<sup>5</sup> et alii passim, cum D. Thoma<sup>6</sup>, ubi: *Secundum canones imponitur poena his qui casualiter occidunt, dantes operam rei illicitae, vel non adhibentes diligentiam debitam.* Et patet ex can. *Hi qui*, can. *Saepe* et can. *Si duo fratres dist.* 50; item, ex cap. *Joannes*, cap. *Dilectus* et cap. *ult. de homicid.*

Secus vero, si omitteret sufficientem diligentiam; ut colligitur ex cap. *Presbyterum* et cap. *Ad audientiam, de homicid.* Quia, cum quis negligenter se habet in praevendo homicidio quod timet, indirecte jam vult illud in causa. — Dicitur: *sufficientem diligentiam.* Quia non requiritur diligentia summa; sed satis est illa, qua vir prudens uteretur juxta rei qualitatem: ut recte dicunt Salmant.<sup>7</sup> cum Cajetano et Cornejo. — Et contra, ad irregularitatem incurrendam non sufficit quaevis negligentia, sed requiritur illa quae ad peccatum mortale pertingit; ut communiter docent Suarez<sup>8</sup>, Bonacina<sup>9</sup>, Palaus<sup>10</sup>, Concina<sup>11</sup>, Cabassutius<sup>12</sup>, Contin. Tournely<sup>13</sup>; Silvius<sup>14</sup> cum Soto et Bañez; Salmant.<sup>15</sup> cum Sayro, Cornejo et Avila; ac Diana<sup>16</sup> cum Coninck, Filliuccio et communi. Ad incurrendam enim quamcumque irregularitatem ex delicto, omnino requiritur culpa gravis; ut probat Cabassu-

tius<sup>16</sup>, ex cap. *Quaesitum, de poenit. et remiss.*, et cap. *fin. de homicid.*, in 6<sup>o</sup> (Vide dicta n. 348 et 377).

384. — Hinc non fit irregularis:

1<sup>o</sup>. *Magister*, qui discipulum moderate verberat (et idem de *patre*, respectu filii), si casu ex percussione mors discipuli sequatur; ut Concina<sup>17</sup> et Salmant.<sup>18</sup> — Secus, si graviter excederet; ut patet ex cap. *Presbyterum, de homicid.* et cap. *ult., eod. tit.*, in 6<sup>o</sup> a).

2<sup>o</sup>. Qui, *equitando*, in equo feroci, puerum occiderit. — Concina<sup>19</sup>; et Bonacina<sup>20</sup> cum Molina, Sayro et Ugolino; ex cap. *Dilectus 13, de homicid.*

3<sup>o</sup>. Qui *feram*, sive canem ferocem, alit et custodit in occulto; si casu fera, ruptis vinculis, hominem occidat. Secus, si teneret<sup>b)</sup> in via, ubi fera aliis nocere posset; vel si illa ex ejus incuria esset soluta. — Salmant.<sup>21</sup> cum Covarruvias et Cornejo.

4<sup>o</sup>. Qui, *reficiendo tectum*, tegulas et lapides mittit, praemonens transeuntes ut se caveant. Secus, si non moneat. Salmant.<sup>22</sup>

5<sup>o</sup>. *Medicus*, si casu infirmus ex pharmaco praestito decedat sine gravi medici negligentia; ut ex cap. *Ad aures, de aetate et qualit. et ordin. praeficiendor.*

Et hoc, adhuc si sit clericus aut monachus. — Modo 1) sit *peritus*. Nam alias vel effugeret irregularitatem, si temere vel contra praeceptum medici praeredit remedium, ex quo mors aut ejus notabilis acceleratio eveniret; ut recte dicunt Salmant<sup>23</sup>, Contin. Tournely<sup>c)</sup>: et Bona-

Hinc excusatur magister moderate verberans.

Equitans in equo feroci.

Alens feram ligatam.

Reficiens tectum.

Medicus.

Etiam si sit clericus in sacris aut monachus,

modo is sit peritus,

et medeatur sine incisione vel adustione.

cina<sup>1</sup> cum Molina, Sayro, Henriquez et communi. (Secus, si bona fide daret aliquid infirmo ad ejus remedium vel levamen; ut Bonacina<sup>2</sup>; et Salmant.<sup>3</sup> cum Cornejo et Pellizzario. Vide dicta n. 382, v. 4. *Qui infirmo*). — Modo 2) clericus medeatur sine incisione vel adustione: alioquin, cum id expresse vetetur clericis in sacris et monachis, sub poena irregularitatis, in cap. *Sententiam, ne clerici vel monachi*<sup>d)</sup>, jam fiunt irregulares, si ex tali incisione vel adustione mors sequatur. (Secus, si eveniret aliunde, nempe ex vi ipsius morbi, vel ex alia causa; ut dicunt Palaus<sup>4</sup>; et Salmant.<sup>5</sup> cum Avila, Cornejo et Henriquez<sup>e)</sup>). — Si tamen alius peritus absit, bene poterit tunc clericus aut monachus sine peccato, et consequenter sine periculo irregularitatis, incisionem aut adustionem adhibere; ut communiter docent Palaus; Contin. Tournely cum Molina; et Salmant.<sup>6</sup> cum Avila, Henriquez et Cornejo.

385. — An autem clericus beneficiatus medendo cum incisione praeter necessitatem, si aeger ex illa moriatur, fiat irregularis?

Affirmant Navarrus<sup>a)</sup>, Panormitanus, etc. apud Contin. Tournely; quia, ut ajunt, id quod prohibetur ordinatis in sacris, interdicitur etiam beneficiatis. — Sed verius id negant Bonacina<sup>7</sup> cum Molina, et idem Contin. Tournely<sup>8</sup> cum Pontas et Gibellino<sup>b)</sup>: tum quia regula praefata supponitur ab adversariis, sed nullo jure

satis probatur; tum quia in praefato textu cap. *Sententiam* tantum de constitutis in sacris fit mentio; poenae autem non sunt extendendae de casu ad casum in jure non expressum. Et quamquam de negotiatione et ludo, sub nomine clericorum, non tantum constitutos in sacris venire, sed etiam beneficiatos diximus *Lib. III, n. 831 et 895*: tamen, cum in hoc casu prohibitio facta sit speciatim subdiaconis, diaconis et sacerdotibus, non comprehenduntur minores his, quicumque illi sint.

386. — II. Si quis vero dat operam rei illicitae et ex ea mors alterius sequatur, communis est sententia, quod si opera illa non est illicita quia *periculosa*, sed ex alia causa: peccat quidem, sed non incurrit irregularitatem: modo sufficientem diligentiam adhibuerit ad mortem vitandam; puta si quis caederet arborem in solo alieno et mere fortuito hominem occideret; vel si induceret alium ad furandum sine periculo, et casu ille occidatur, ac similia. — Ratio, quia tale homicidium tunc non esset illi voluntarium: neque directe, cum non sit intentum; neque indirecte in sua causa, cum talis actio non sit per se periculosa. Jura enim irregularitatem statuentia ex homicidio, intendunt punire vere delinquentes homicidii culpa. Illa autem actio, licet sit mala, non tamen est mala malitia homicidii; nam, ut bene docet D. Thomas<sup>9</sup>, ignorantia invincibilis circumstantiae peccati excusat quidem a speciali ejus malitia, etiamsi

Dans operam rei illicitae non fit irreg. si res non est periculosa.

<sup>1</sup> Tr. 29, disp. 7, punct. 15, § 4, n. 2. — <sup>2</sup> Qu. 4, punct. 7, n. 8. — <sup>3</sup> Diss. 2, cap. 6, n. 7. — <sup>4</sup> De Irregul., part. 3, cap. 1, art. 2, concl. 1. — <sup>5</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 30. — <sup>6</sup> 2<sup>ae</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 64, art. 8, ad 3. — <sup>7</sup> Tr. 10, cap. 8, num. 30. — *Cajet.*, in 2<sup>ae</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 64, art. 8. — *Cornejo*, disp. 3, dub. 1. — <sup>8</sup> Disp. 45, sect. 5, num. 8. — <sup>9</sup> Qu. 4, punct. 7, num. 9. — <sup>10</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 4, n. 1. — <sup>11</sup> Diss. 2, cap. 6, n. 7. — <sup>12</sup> Lib. 5, cap. 20, n. 10. — <sup>13</sup> In 2<sup>ae</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 64, art. 8, concl. 3, v. f. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 5, qu. 1, art. 9, i. f., v. *Id autem sciscitaris*. — *Bañez*, in 2<sup>ae</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 64, art. 8, part. 2, dub. 2, v. *Dicimus 5* et seqq. —

<sup>14</sup> Loc. cit. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 5, n. 5. — *Cornejo*, disp. 3, dub. 3, v. *Ex dictis*, cum dub. 1, v. *Quanta autem*. — *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 1, dub. 11, concl. 3. — <sup>15</sup> Part. 4, tr. 2, resol. 21. — *Coninck*, disp. 18, dub. 9, n. 73. — *Fill.*, tr. 20, cap. 3, n. 59 et 61. — <sup>16</sup> Loc. cit., num. 10. — <sup>17</sup> Diss. 2, cap. 6, n. 7. — <sup>18</sup> Loc. cit., n. 31. — <sup>19</sup> Loc. cit. — <sup>20</sup> Qu. 4, punct. 7, n. 23. — *Molina*, de Just. et Jure, tr. 3, disp. 77, n. 7. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 6, n. 1. — *Ugolin.*, de Irregul., cap. 18, § 1, n. 4. — <sup>21</sup> Loc. cit. — *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 2, § 4, num. 11. — *Cornejo*, disp. 3, dub. 1, v. *Infero 5*. — <sup>22</sup> Loc. cit. — <sup>23</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 33.

<sup>1</sup> Qu. 4, punct. 7, n. 12. — *Molina*, de Just. et Jure, tr. 3, disp. 75, n. 2. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 6, n. 12 et 13. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 15, n. 5. — <sup>2</sup> Loc. cit. — <sup>3</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 33. — *Cornejo*, disp. 3, dub. 1, v. *Infero 11*. — *Pellia.*, tr. 7, cap. 5, n. 174. — <sup>4</sup> Disp. 6, punct. 15, § 4, n. 8. — <sup>5</sup> Loc. cit., n. 32. — *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 1, dub. 10, concl. 5. — *Cornejo*, disp. 3, dub. 2, concl. 2, v. *Infero 2*. — *Palaus*, loc. cit., n. 8. — *Cont. Tourn.*, de Irreg., part. 2,

cap. 8, art. 4, qu. 5, v. *Dixi 2*, num. 2. — *Molina*, tr. 3, disp. 75, n. 3. — <sup>6</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 32. — *Avila*, loc. cit., dub. 10, v. *Tertio*. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 11, num. 1. — *Cornejo*, loc. cit. — *Panorm.*, in cap. *Sententiam*, ne clerici vel mon., n. 21. — *Cont. Tourn.*, loc. cit., v. *An praedicta*. — <sup>7</sup> Loc. cit., punct. 5, num. 4. — *Molina*, loc. cit., num. 2. — <sup>8</sup> Loc. cit. — *Pontas*, v. *Irregularitas*, cas. 76. <sup>9</sup> 1<sup>ae</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 76, art. 3.

cap. 8, art. 4, qu. 5, v. *Dico 2*. Clericus, rem plane innuit, negans fieri irregularem, exercendo medicinam secundum artis regulas, modo ex incuria et culpa non sequatur mors, et addit: « *Dixi secundum regulas*, quia qui eas ignorat, occidendi periculo se exponit, ac proinde secuta morte, irregularis est ».

<sup>a)</sup> Cap. *Sententiam*, prohibet quidem incisionem et adustionem sed nullam poenam statuit contra facientibus.

<sup>e)</sup> Quin etiam Henriquez, loc. cit., cap. 11,

n. 1, lit. g, negat fieri irregularem, licet inde moriatur aegrotus.

385. — <sup>a)</sup> Navarrus, Man., cap. 25, n. 111 (al. 110), v. *Clericus vero*, sententiam istam innuit, dicens illis prohiberi adustionem et incisionem.

<sup>b)</sup> Gibalinus, cap. 4, qu. 2, consecr. 11; n. 27, v. 15... *Circa*, negat prohibitionem adustionis aut incisionis fieri reliquis [praeter ordine sacro insignitis] clericis, etiamsi sint beneficiati.

§ 4, n. 1 et 2, hanc opinionem ut communem canonistarum refert; ipse vero, n. 15, limitat et restringit ad casum rei illicitae, quae per se aut in pluribus ordinat ad homicidium.

<sup>a)</sup> Contin. Tournely, part. 3, cap. 1, art. 1, concl. 1, resp. 2, ita sane docet, quod, resp. 4, intelligit « communiter loquendo ».

384. — <sup>a)</sup> Cap. *Is qui mandat, fin. de homicid.*, in 6<sup>o</sup>, videtur citari pro hujus ratione, quod scilicet eventum debuerit praevideri.

<sup>b)</sup> Etiam ligatam, ut auctores citati addunt. Covarruvias praetermittit casum quo ex ejus incuria fera esset soluta.

<sup>c)</sup> Contin. Tournely, *De Irregul.*, part. 2,



opus ipsum peccatum sit. — Ita communissime Suarez<sup>1</sup>, Sotus<sup>2</sup>, Navarrus<sup>3</sup>, Palaus<sup>4</sup>, Concina<sup>5</sup>, Contin, Tournely<sup>6</sup>; Escobar<sup>7</sup> cum Covarruvias, Valentia et Henriquez; ac Salmant.<sup>8</sup> cum Cornejo, Avila et Sayro. Contra Paludanum, Gabrielem<sup>a)</sup> et alios paucos apud Suarez<sup>9</sup> (qui citant pro se D. Thomam<sup>10</sup>, sed non bene: nam licet S. Doctor ibi dicat, dantem operam rei illicitae non evadere homicidii reatum, tamen id aperte intelligit de re illicita ob periculum homicidii, ut patet in resp. ad 1 et 2, ibidem).

Nec obstat, quod in can. *Clerico faciente* et can. *Eos vero*<sup>b)</sup>, *dist. 50* declarantur irregulares, casu occidentes vel mutilantes; et tantum in iure excipiuntur qui dant operam rei licitae, ut habetur in cap. *Joannes*, cap. *Dilectus* et cap. *ult. de homicid.* Ergo qui dat operam rei illicitae ex qua mors sequitur, jam fit irregularis. — Nam respondetur quod canones hi semper intendunt loqui de homicidio directe vel indirecte volito; ut colligitur ex clem. *Si furiosus, de homicid.*, ubi ideo excusatur exercens opus licitum, quia homicidium non est ei voluntarium. Unde, semper ac homicidium est alicui omnino involuntarium, non imponitur ei irregularitas, quamvis operam rei illicitae ipse navet.

<sup>1</sup> Disp. 45, sect. 6, n. 9. — <sup>2</sup> De Just. et Jure, lib. 5, qu. 1, art. 9, vers. *In tertia autem concl.* — <sup>3</sup> Man., cap. 27, n. 221. — <sup>4</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 4, n. 5. — <sup>5</sup> Diss. 2, cap. 6, n. 8. — <sup>6</sup> De Irregul., part. 3, cap. 1, art. 2, concl. 2. — <sup>7</sup> Lib. 53, n. 300. — *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 2, § 4, num. 10. — *Valent.*, tom. 2, disp. 6, qu. 3, punct. 3 et tom. 4, disp. 7, qu. 19, punct. 3, § 5, dub. 1. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 15, n. 3. — <sup>8</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 34. — *Cornejo*, disp. 3, dub. 2, concl. 1. — *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 1, dub. 1, opin. 3. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 5, n. 12. — *Palaus*, in 4, dist. 25, qu. 3, art. 2, concl. 3, v. f. (n. 15). — <sup>9</sup> Loc. cit., sect. 1, num. 1. — <sup>10</sup> 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 64, art. 8. — <sup>11</sup> Disp. 45, sect. 6, a num. 9. — <sup>12</sup> Man., cap. 27, n. 235 et 237. — <sup>13</sup> Lib. 1, cap. 77, num. 5 et 6; cfr. etiam cap. 82, n. 3 et

387. — Dubium majus est: *An incurrat irregularitatem, qui dat operam rei illicitae quomodocumque periculosae, si ex ea mors sequatur?* — Adest duplex probabilis sententia:

*Prima* affirmat: quam tenent Suarez<sup>11</sup>, Navarrus<sup>12</sup>, Toletus<sup>13</sup>, Concina<sup>14</sup>; item Sayrus<sup>a)</sup>, Avila<sup>a)</sup>, Molina et Ugolinus<sup>a)</sup> apud Bonacina<sup>15</sup>; et Sotus<sup>a)</sup>, Corduba, Castro, Fernandez, etc. apud Diana<sup>16</sup>. — Et probant ex cap. *Tua nos 19, de homic.*, ubi quidam monachus incidens apostema cujusdam mulieris, licet fuisset peritus, et mulier ex sua incuria postea decessisset, tamen fuit declaratus delinquens; dixitque Pontifex: *Post satisfactionem condignam cum eo misericorditer agi possit ut divina valeat celebrare.* Quae verba, ut ajunt Fagnanus<sup>17</sup> et Suarez<sup>18</sup>, secundum communem intelligentiam significant necessariam fuisse dispensationem. Ex hoc igitur textu generalis fit regula quod ex actione injuste periculosa, quoties sequitur homicidium, etsi casuale, inducitur irregularitas.

*Secunda* vero sententia probabilior, quam tenent Palaus<sup>19</sup>, Contin, Tournely<sup>20</sup>, Laymann<sup>21</sup> (qui tutam vocat)<sup>b)</sup>, Sporer<sup>22</sup>, Tamburirinius<sup>23</sup>; Elbel<sup>c)</sup> cum Sayro et Gutierrez; Bonacina<sup>23</sup> cum Salon<sup>d)</sup>; Salmant.<sup>24</sup> cum Henriquez<sup>e)</sup> etc.; ac Diana<sup>25</sup> seqq. — <sup>14</sup> Diss. 2, cap. 6, n. 8. — *Molina*, tr. 3, disp. 77, n. 5. — <sup>15</sup> Qu. 4, punct. 7, n. 9. — *Coradub.*, Quaestio. 1, lib. 2, qu. 26, v. *Nota 2. Alphons. de Castro*, de Lege poen., lib. 2, cap. 14, v. *Hic tamen admoneo. Fernand. de Moure*, Exam., part. 2, cap. 10, § 14, qu. 9, v. *Dico 5.* — <sup>16</sup> Part. 4, tr. 2, resol. 20. — <sup>17</sup> In dict. cap. *Tua nos.* — <sup>18</sup> Loc. cit., n. 10. — <sup>19</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 4, n. 5. — <sup>20</sup> De Irregul., part. 3, cap. 1, artic. 2, concl. 3, v. *Disti.* — <sup>21</sup> Lib. 3, tr. 3, part. 3, cap. 10, num. 3. — <sup>22</sup> Tr. 5, cap. 3, num. 139 et 146. — <sup>23</sup> Lib. 10, tr. 4, cap. 15, § 2, num. 15 et 19. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 5, num. 13. — *Gutierrez*, Canon. quaest., lib. 2, cap. 6, num. 5, 18 et 41. — <sup>24</sup> Loc. cit., num. 9. — <sup>25</sup> Tr. 10, cap. 8, num. 38. — <sup>26</sup> Loc. cit., resol. 20.

v. *Hinc sequitur*; Ugolinus, cap. 18, § 1, n. 9, quidquid dicat Bonacina; et Sotus, loc. cit., quidquid dicat Diana, secundam sententiam potius tenent.

<sup>b)</sup> Laymann tutum vocat aliud quoddam assertum.

<sup>c)</sup> Elbel, confer. 6, n. 189, non adeo perspicue hanc sententiam tenet.

<sup>d)</sup> Salon male hic citatur Bonacina; nam in *2am 2ae*, qu. 64, art. 3, contro. 3, § 3, v. *Tertia tamen*, priorem tenet sententiam.

<sup>e)</sup> Henriquez, lib. 14, cap. 15, n. 1 et 2,

Juxta alios, dans operam rei illicitae quovis modo periculosae fit irregularis.

Probabilis solum fit irregul. quando frequenter mors sequatur.

cum Coninck, Hurtado<sup>f)</sup>, Praeposito<sup>f)</sup>, Sa<sup>f)</sup> et Tanner<sup>f)</sup>, — dicit, quod si opus sit ita periculosum ut ex eo *frequenter* mors sequatur (ut esset, admoveere ignem bombardae ubi est frequentia hominum, aut pugnare in bello, aut inducere alterum ut temere se exponat periculo mortis, prout probabilis sentit Bonacina<sup>1</sup> cum Suarez, etc.; ac Viva<sup>2</sup> cum Avila, contra aliquos): tunc incurritur irregularitas, quamvis omnis adhibeatur diligentia ne mors sequatur<sup>g)</sup>. Quia, ut bene ait Contin, Tournely, cum opus sit de se proxime periculosum, nulla diligentia potest non periculosum fieri. Secus, si opus raro sit mortis inductivum, et debita diligentia apponatur ne mors eveniat. Quia tunc, ut diximus, homicidium non est voluntarium, neque in se neque in causa; cum enim opus non sit proxime periculosum, posita diligentia, satis excusatur a malitia homicidii.

Ad textum autem oppositum in dicto cap. *Tua nos*, respondent Sotus<sup>3</sup> et Lessius<sup>4</sup>, ibi monachum minime fuisse declaratum irregularem. — Sed haec responsio mihi non satisfacit: nam verba textus supra allata verius significant jam irregularitatem incurrisse, at facilius cum eo dispensandum; et sic explicat auctor argumenti, dicens ibi: *Sed cum eo misericorditer dispensari potest.* Et ita etiam communiter alii; ut testatur Suarez. — Melius respondetur cum Palao, Bonacina

*Coninck*, disp. 18, dub. 9, n. 80. — <sup>1</sup> Qu. 4, punct. 7, n. 17. — *Suar.*, disp. 44, sect. 3, num. 18. — <sup>2</sup> De Censur., qu. 9, art. 2, num. 8. — *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 2, dub. 5, concl. 3. — *Cont. Tourn.*, de Irregul., part. 3, cap. 1, art. 2, concl. 3, ante v. *Disti.* — <sup>3</sup> De Just. et Jure, lib. 5, qu. 1, art. 9, col. 4 in med. — <sup>4</sup> Lib. 2, cap. 9, n. 105. — *Suar.*, disp. 45, sect. 6, n. 10. — *Palaus*, tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 4, num. 7. — *Bonac.*, qu. 4, punct. 5, num. 4, i. f. et

utique sic tenet; sed subdit in conscientia irregularem non fieri, si prudens theologus judicet talem adhibuisse diligentiam, qua excusaretur « a nova culpa mortali periculi et a specie ipsius eventus secuti ».

<sup>f)</sup> Hurtadus, *disp. 2, diff. 3, n. 28*, negat generatim incurri irregularitatem ab eo qui operam dat rei illicitae, ob homicidium mere casuale. Itemque Praepositus, *dub. 10, n. 83*. Sa, v. Irregularitas ex deformatione illicita, n. 2 (quod solum ad rem facit, licet alius locus a Diana citetur) scribit: « Homicidium casuale facit irregularem, cum oritur ex pec-

et Salmant., casum illum esse particularem in jure (prout etiam est casus de mandante verberationem, si mandatarius casu postea occidat, ex cap. *ult. de homicid.*, in 6<sup>o</sup>). Praeterquam quod dicimus cum Salmant., quod talis monachus jam aliunde esset irregularis, quia exercuerat chirurgiam cum incisione (ut idem Innocentius III declaraverat)<sup>h)</sup>: tum propter indecentiam, tum quia talis res est de se maxime periculosa mortis. Unde potius constitutio illa fuit declaratoria, quam novum jus constituens.

Neque obstat alius textus in cap. *Continebatur 8, de homicid.*, ubi damnatus fuit ut irregularis quidam diaconus, qui ferendo latentem falcem et cum altero ludendo, fuit causa ut hic eum amplexans a falce feriretur, et mortem subiret. — Nam respondetur cum Glossa<sup>5</sup>, et Suarez<sup>6</sup>, ac Bonacina<sup>7</sup>, quod hoc ita statutum fuit, quia diaconus ille negligenter se habuit in falcem sic ferendo. Unde dicunt Suarez et Bonacina, quod si talis minime advertisset ad periculum, in conscientia non tenebatur se gerere ut irregularem.

Ex hac autem secunda sententia inferunt Palaus<sup>8</sup>, Laymann<sup>9</sup>, Elbel<sup>10</sup> et Salmant.<sup>11</sup> cum aliis, non esse irregularem clericum, si ipso torneamenta vel ferarum venationem exercent, mors alicujus contingeret; quia tales actiones non sunt per se inductivae homicidii: alias, nec

punct. 7, n. 9, v. *Secundus casus.* — *Salmant.*, tr. 10, cap. 8, num. 31 et 38. — *Salmant.*, loc. cit., num. 32. — <sup>5</sup> In h. l., v. *Romani* — <sup>6</sup> Disp. 45, sect. 5, num. 3. — <sup>7</sup> Loc. cit., punct. 7, num. 22. — *Suar.*, disp. 45, sect. 5, num. 3. — *Bonac.*, qu. 4, punct. 7, num. 22. — <sup>8</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 4, num. 7. — <sup>9</sup> Lib. 3, part. 3, tr. 3, cap. 10, num. 3, v. f. — <sup>10</sup> Confer. 6, num. 212. — <sup>11</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 88.

cato et opere, ex quo sequitur ut causa et natura rei ». Tamen denique, *disp. 6, qu. 10, dub. 11, n. 216 et 218*, negat incurri irregularitatem ob homicidium mere casuale et in ratione homicidii prorsus involuntarium, etiamsi dando operam rei illicitae homicidium illud admisisset.

<sup>g)</sup> Sporer et Tamburinius eo casu etiam excusant in conscientia eum qui debitam diligentiam adhibuerit ad cavendum periculum.

<sup>h)</sup> Uti superius jam notatum est, id quidem prohibetur, sed in canone nulla poena sancitur.

Secunda obiectio diluitur.

Corollarium de torneamenti vel ferarum venatione.

Obiectio satisfi.

etiam laicis essent licitae. — Excipe, nisi in his vel similibus gravem negligentiam ille commiserit, pertingentem ad mortale; juxta dicta n. 383, in fine.

388. — « 9<sup>o</sup>. Qui alterum mutilat vel occidit, ad necessariam sui defensionem cum moderamine inculpatae tutelae, non incurrat hanc irregularitatem; quia hic nulla est culpa; ergo nec poena. — « Marcus Leo 1 ».

Qui alium occidit ob defensionem sui cum moderamine inculpatae tutelae, certum est quod excusatur ab irregularitate; ut patet ex cap. *Significasti 18*, § *fin.*, de homicid. et ex clem. *Si furiosus*, eod. tit., ubi dicitur: *Et idem* (id est, non incurrere irregularitatem) *de illo censemus, qui, mortem aliter vitare non valens, suum occidit vel mutilat invasorem.* — Nec obstat Tridentinum 2, ubi dicitur, etiam cum eo qui occidisset casu, vel vim vi repellendo, ut quis se a morte defenderet .... jure quodammodo dispensatio debeat. Nam explicat communiter hunc textum doctores intelligi, quando ille moderamen non servasset: ita Roncaglia 3; Salmant. 4 cum a) Avila, Palao et Barbosa ex communi; ac Contin. Tournely 5 cum Navarro, Sayro, Comitolo, etc., ex declaratione Sacrae Congregationis 1 Oct. 1688. Procul autem dubio irregularitatem incurrat, qui cum culpa gravi moderamen excedit; ut patet ex clem. cit. et can. *De his 6*, dist. 50 b). Vide Roncaglia 6. — Hoc tamen casu, homicidium reputatur casuale; et ideo episcopus (si crimen est occultum) bene potest in tali irregularitate dispensare; ut mox infra n. 395.

1 Prax., part. 3, v. *Tali enim casu*, fol. 349. — 2 Sess. 14, de reform., cap. 7. — 3 Tr. 4, qu. 7, cap. 3, qu. 4. — 4 Tr. 10, cap. 8, n. 58. — Avila, part. 7, disp. 5, sect. 3, dub. 1, v. *Loquendo de jure novo.* — Palao, tr. 29, disp. 6, pnnct. 15, § 8, n. 3. — Barbosa, de Off. et Potest. episc., alleg. 39, n. 54. — 5 De Irregul., part. 2, cap. 8, art. 2, init. — Navar., Man., cap. 27, n. 239, i. f. — Sayr., lib. 6, cap. 17, n. 10 et lib. 7, cap. 7, n. 22. — Comit., Responsa, lib. 6, qu. 54. — 6 Loc.

388. — a) Etsi auctores isti a Salmant. non citentur saltem pro hac interpretatione, eam tamen habent.

b) Can. *De his*, non facit mentionem excessus in propria tutela; sed de his, « qui se defendendo paganum occiderunt », dicit: « Nos nullam occasionem dare nec ullam tribuere eis licentiam quemlibet hominem quolibet

Excusatur etiam ab irregularitate, qui occidit injustum invasorem alterius innocentis; ut Suarez 7; ac Roncaglia 8 cum Barbosa; item Lessius c), Coninck, Petrus Navarra, Bonacina, Filiuccius et Covarruvias apud Cabassutum 9, qui eis adhaeret (contra alios). — Quia irregularitas ex homicidio privato non incurritur, nisi cum peccato mortali; ut eruitur ex cap. *Ex litteris 14*, de homicid.

Valde autem probabiliter censent Roncaglia 10 cum Suarez; et Salmant. 11 cum aliis, quod si quis alterum provocet verbis aut facto, praevidens se facillime agrediendum, fit irregularis, si postmodum ob sui defensionem aggressorem occidit; quia tunc dat operam rei illicitae proxime periculosae. — Secus vero, si non praevidet.

Quid autem dicendum, si quis accedendo ad uxorem alterius, maritum aggressorem necet? — Vide dicta *Lib. III*, n. 398, v. *In ordine*, ubi diximus, adulterum non excusari ab irregularitate, si praeviderit proximum periculum invasionis; quia tunc adulterium est proxime periculosum homicidii. — Secus, si caute accesserit, ita ut putaverit periculum esse remotum.

Quid, si vir, cognito adulterio, occiderit uxorem, an adulter fiat irregularis? — Eodem modo distinximus; vide loco citato in fine.

389. — Quaeritur: an occidens alterum ob defensionem libertatis, honoris, pudicitiae, vel bonorum temporalium, cum moderamine inculpatae tutelae, fiat irregularis?

cit., qu. 4. — 7 Disp. 46, sect. 4, n. 2, 3 et 5. — 8 Tr. 4, qu. 7, cap. 3, qu. 4. — Barbosa, in clem. *Si furiosus*, n. 19. — Coninck, disp. 18, dub. 9, n. 88, concl. 3. — Petr. Navar., de Restit., lib. 2, cap. 3, n. 419, dub. 8. — Bonac., qu. 4, punct. 6, num. 11. — Fill., tr. 20, cap. 5, num. 159 et 160. — Covar., in clem. *Si furiosus*, part. 3, § unic., num. 5. — 9 Lib. 5, cap. 19, num. 24. — 10 Loc. cit., qu. 4. — Suar., disp. 46, sect. 1, n. 12. — 11 Tr. 10, cap. 8, n. 50.

modo occidendi. Verum si contigerit, ut clericus sacerdotalis ordinis saltem paganum occiderit, multum sibi consulit, si ab officio sacerdotali recesserit ».

c) Lessius, lib. 2, cap. 9, dub. 13, n. 87, perspicue sententiam istam insinuat, ejus rationem probans; quod scilicet ejusmodi occisio est licita.

Neque occidens invasorem innocentis.

Quid de provocante et occidente.

De adulterio occidente maritum aggressorem.

Juxta alios, occidens ob defensionem libertatis, etc. fit irregularis.

Probabilius non fit irregularis.

Probatur ex jure canonico.

Prima sententia affirmat; et hanc tenent a), Laymann 1, Contin. Tournely 2; et Sporer 3 cum Navarro, Silvestro, Armilla Henriquez, Avila, etc. — Et probant ex cap. *Suscepimus, de homicid.*, ubi fuit declaratus irregularis quidam religiosus, qui pro conservandis bonis duos latrones occidit. — Probant etiam ratione: quia, licet in tali homicidio non adsit peccatum, adest tamen defectus lenitatis, ob quem semper incurritur irregularitas, praeterquam in casibus jure expressis. In jure autem tantum excusatur ab irregularitate, qui ob conservationem vitae invasorem occidit; ut habetur in clem. *Si furiosus, de homicid.*, ut supra.

Secunda vero sententia communior et probabilior negat. Et hanc tenent Suarez 4 (qui vocat communem) b), Lessius 5, Palao 6, Filiuccius 7, Bonacina 8, Coninck 9, Holzmann c), Elbel 10; Roncaglia 11 cum Barbosa; et Salmant. d) cum Sayro e), Villalobos f), Diana et Cornejo.

Et probatur 1<sup>o</sup>. Ex can. *Quia te, dist. 50*, ubi, cum quidam episcopus captus a saracenis aliquos occiderit, ut suam libertatem defenderet, Urbanus II 2) ita ei respondit: *Sed quoniam non tua sponte id fecisse cognosceris, inde canonice nullo modo judicaris.* — Item ex cap. *Interfe-*

*cisti*, ubi excusatur ab irregularitate qui et se, et sua defendens, alium occidit. Illa autem conjunctio *Et vim habet disjunctionis*, id est, si se vel sua defenderet: alias, qui se, et non sua defenderet, irregularis fieret. Item frustra Pontifex addidisset illud *sua*, si tantum ob sui defensionem vitaretur irregularitas. — Praeterea, id fortius probatur ex cap. *Dilecto, 6, de sent. excom.*, in 6<sup>o</sup>, ubi, cum quidam dominus temporalis violenter invasisset bona cujusdam decani, hic suppositus interdicto totam terram illius. Hinc, cum dubium factum fuerit an bene egisset, respondit Pontifex: *Cum omnes leges omniaque jura vim vi repellere, cunctisque sese defensare permittant, licuit utique ipsi decano (si praedictus ballivus eum bonis suis mundanis injuriose exspoliare ... praesumserit ...), contra illius violentiam ... se tueri. Et quoniam adversus ejus nimiam potentiam sufficiens temporalis defensio sibi forte non aderat, potuit se etiam spiritualiter, gladio videlicet utendo ecclesiastico, defensare.* Luculenter igitur hic Pontifex declarat, licite potuisse decanum illum vi temporali, sive armis, tueri bona sua contra violentiam ballivi, dicendo, unicuique permissum esse vim vi repellere.

1 Lib. 3, tr. 3, part. 3, cap. 9, n. 3. — 2 De Irregul., part. 2, cap. 8, art. 2, dub. 5. — 3 Tr. 5, cap. 2, n. 177. — Navar., Man., cap. 15, n. 4 et cap. 27, n. 213. — Silvest., v. *Excommunicatio VI*, n. 6, v. *Nono.* — Armil., v. *Irregularitas*, n. 41. — Henrig., lib. 14, cap. 11, n. 4, lit. b. — Avila, part. 7, disp. 5, sect. 3, dub. 4. — 4 Disp. 46, sect. 2,

n. 4. — 5 Lib. 2, cap. 9, n. 73. — 6 Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 8, n. 7. — 7 Tr. 20, cap. 5, n. 146 et seqq. — 8 Qu. 4, punct. 6, num. 10. — 9 Disp. 18, dub. 9, num. 88 et seqq. — 10 Confer. 6, n. 193. — 11 Loc. cit., cap. 3, qu. 4. — Barbosa, in clem. *Si furiosus*, num. 20. — Diana, part. 4, tr. 2, resol. 4. — Cornejo, disp. 4, dub. 1, qu. ult.

389. — a) Auctores citati (praeter Navarrum) hanc suam sententiam limitant, ut non procedat in casu quo illa bona temporalia necessaria sint ad vitae sustentationem (qui casus fere metaphysicus est, ait Contin. Tournely), vel necessaria sint ad aliud bonum eximium consequendum, addit Laymann.

b) Suarez, loc. cit., n. 2, communem vocat priorem sententiam, licet hanc secundam ipse amplectatur.

c) Holzmann, de Praec. Decal., n. 583, 585, 596; et, de Poenis Eccl., n. 337, ad 2, utique concordat; sed, de Praec. Decal., n. 589, negat licere occidere invasorem verbalem honoris, nisi offensus sint homines talis generis, ut fugere eis sit probrosum.

d) Salmant., tr. 10, cap. 8, n. 56, concordat, sed cum limitatione, et incurrere irregularitatem significant, eum qui occideret

calumniatorem vel falsos testes aut judicem, a quo imminet injusta sententia.

e) Sayrus, lib. 6, cap. 17, n. 22 et seqq., sic revera tenet; sed honorem distinguit: eum scilicet qui fundatur in bono spirituali, ut dotes intellectus, virtutes, etc.; et illum qui fundatur in bono corporali, ut forma, sanitas, vires, etc.: et negat irregularem fore qui ad prioris defensionem invasorem occideret cum moderamine inculpatae tutelae; irregularem vero fore qui ad posterioris defensionem homicidium admitteret, nisi honor iste necessarius vel utilis esset ad alia bona consequenda.

f) Villalobos, part. 1, tr. 21, diff. 24, n. 8 et seqq., tractat de defensione bonorum temporalium magni momenti; et negat laicum fore irregularem, secus vero de clerico.

g) Lege: Stephanus V.

Ex ratione.

Probatur 2°. Ratione. Quia talis irregularitas non incurritur, neque ex delicto, neque ex defectu lenitatis. Non ex delicto; cum non adsit culpa, ut ipsi adversarii concedunt. Neque ex lenitatis defectu; nam (ut dicitur infra, ex n. 464, in fine) irregularitas ex defectu lenitatis non incurritur, nisi ob occisionem aut mutilationem, quae fit vel a ministris publicis, vel a militibus in bello justo offensivo, vel a clericis medentibus cum adustione aut incisione (juxta dicta n. 384, ad 5°). — E converso, communis est sententia doctorum, ex cap. *Is qui, de sent. excom., in 6°* (ut vidimus n. 345), quod nulla incurritur irregularitas, nisi in jure sit expressa. Ergo, cum in jure irregularitas ex defectu lenitatis incurritur tantum in praedictis tribus casibus, non est facienda extensio ad casum de quo loquimur. Tanto magis, quia in praefatis casibus homicidium sponte committitur, licet sine culpa; sed in nostro casu homicidium non provenit ex spontanea voluntate, sed ex necessitate defendendi sua jura: ideo talis occisio (ut recte ait Suarez) magis habet rationem defensionis quam occisionis. Respondetur autem ad textum oppositum in dicto cap. *Suscepimus*, monachum excessisse in defensione, cum ipse una cum socio ligaverit fures; quando potuisset eos dimittere vacuos, sine periculo rerum et personarum. Praeterea, notat ibi Glossa, quod monachus interfecit fures nulla stante necessitate: potuisset enim fugere priusquam illi solverentur a vinculis; nam res vel jam

Suar., disp. 46, sect. 2, n. 4, i. f. — Glossa, in cap. *Suscepimus*, v. *Interimeretur*. — <sup>1</sup> Tr. 10, cap. 1, num. 15. — <sup>2</sup> Alleg. 89, n. 63. — <sup>3</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 16. — *Marchin.*, tr. 1, part. 9, cap. 1, diff. 3, num. 11. — *Avila*, part. 7, disp. 6, sect. 5, dub. 3, concl. 1, i. f. — *Cornejo*, qu. 6,

390. — a) Cfr. supra, n. 352, notam a. b) Salmant., tr. 10, cap. 8, n. 15, dicunt « non posse Pontificem dispensare, nimirum nisi difficulter et ex magna causa, ut omnes exponunt ».

391. — a) Silvester, v. *Dispensatio*, n. 15, in genere loquitur at non in specie de irregularitate.

b) Auctores citati a Salmant. hoc intelligunt de dispensatione: ut possit in susceptis ordinibus ministrare.

392. — a) Abbas, in cap. *Ex tenore, de temp. ordin.*, n. 3, non clare loquitur et

reservatae erant, vel secum deferre poterat: ergo defensio illa non fuit moderata.

390. — Ultimo hic videndum, quomodo tollatur hujusmodi irregularitas propter homicidium contracta. — Tollitur:

1°. Per *baptismum* a); ut colligitur ex can. *Si quis viduam*, dist. 50. Vide Salmant. <sup>1</sup> et alios passim.

2°. Per *dispensationem Pontificis*: qui potest equidem in omni irregularitate dispensare, etiam ex homicidio voluntario; et contrariam opinionem id negantem, *periniquam et temerariam* vocat Barbosa <sup>2</sup>. — Nec obstat textus in can. *Mirror*, ead. dist. 50, ubi videtur asseri, nec etiam Papam dispensare *posse* in irregularitate contracta ob homicidium. Etenim communiter dicunt doctores (vide Salmant.) b), illud *non posse*, intelligi pro *non decere*; ut patet ex eodem textu.

391. — Episcopi autem, si homicidium fuit voluntarium, nullo modo possunt dispensare in irregularitate, etiamsi illud fuerit occultum; ut habetur in cap. *Liceat*, 6, sess. 24 Tridentini: ubi episcopi possunt dispensare in omni irregularitate, excepta ea quae oritur ex homicidio voluntario. — Excipitur solus casus quo vergeret periculum animae, aut alia gravissima causa urgeret, et non pateret aditus ad Papam; ut docent communiter Silvester a); et Salmant. <sup>3</sup> cum Marchino, Avila, Cornejo, Diana, Henriquez, etc. b).

392. — Dicunt autem Covarruvias, Abbas a), Castro b), Texeda b), Bañez c), Donatus, Miranda, etc. apud Continuatores

disp. 1, dub. 4, qu. 4. — *Diana*, part. 4, tr. 2, resol. 100. — *Henric.*, lib. 14, cap. 19, n. 2, lit. u. — *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 2, § 3, n. 4. — *Donat.*, Prax., tom. 2, part. 1, tr. 11, qu. 9, n. 8. — *Miranda*, Man., tom. 2, qu. 8, art. 10, concl. 1.

solum requirit, ut dispensetur « ab illo qui habet potestatem dispensandi ».

b) Castro, de *Lege poen.*, lib. 2, cap. ult., v. *Tertia princip. conclus.*, primo quidem ita docet; sed in fine negat plane incurri irregularitatem in hoc casu. Lopez de Texeda, quamvis a Contin. Sporer (ex Sbogar) citetur, ipse tamen, loc. cit., id est tom. 2, lib. 3, tr. 3, id non habet, quod reperire potuerim.

c) Bañez, in *2am 2ae*, qu. 64, art. 8, p. 4, v. *Alterta difficultas*, id episcopis concedit ad ordines minores suscipiendos et ad recipiendum beneficium.

Haec irregularitas tollitur:

Per baptismum.

Per dispensationem Pontificis.

Episcopus non potest dispensare si homicidium fuit voluntarium.

Etiamsi fuerit omnino occultum.

Sporer <sup>1</sup> (et probabile putat Diana <sup>d)</sup> cum Angelo, Vivaldo <sup>d)</sup>, etc., et Viva <sup>2</sup> cum aliis) quod si homicidium sit adeo occultum, ut nullo modo possit probari in iudicio, bene possint episcopi dispensare super irregularitate propter illud contracta.

Sed haec opinio mihi nulla valida ratione probatur; unde merito eam rejiciunt Salmant. <sup>3</sup>, Renzi <sup>4</sup> et Roncaglia <sup>5</sup>. Ratio, quia episcopi nullam habent facultatem super irregularitatibus, nisi eam quae ipsis conceditur a Tridentino, in cap. *Liceat*, 6, sess. 24, cum inferior nihil possit in lege superioris, ex can. *Inferior*, dist. 21, e), et clem. *Ne Romani, de elect.* A concilio autem conceditur ibi quidem episcopi potestas dispensandi super omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus; sed expresse excipitur illa quae oritur ex homicidio voluntario. — Nec valet dicere concilium loqui de homicidio illo, quod licet sit occultum, tamen in iudicio probari possit. Nam primo respondetur, quod id gratis supponitur. Secundo respondetur, idem concilium alibi <sup>6</sup> expresse oppositum declarasse, dicendo: *Qui sua voluntate homicidium perpetraverit, etiamsi crimen id nec ordine judicario probatum, nec alia*

<sup>1</sup> Suppl. Decal., cap. 3, n. 166. — *Angel.*, v. *Homicidium V*, n. 1, v. f. — <sup>2</sup> De Censur., qu. 8, art. 2, n. 7. — <sup>3</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 16. — <sup>4</sup> De Censur., tr. 4, cap. 2, sect. 1, qu. 10. — <sup>5</sup> Tr. 4, qu. 7, cap. 3, qu. 1, resp. 1. — <sup>6</sup> Sess. 14, de reform., cap. 7. — <sup>7</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 7, n. 7. — <sup>8</sup> Disp. 7, qu. 4, punct. ult., num. 5. — <sup>9</sup> De Irregul., part. 3, cap. 1, art. 3, concl. 3. — <sup>10</sup> Tr. 4, qu. 7, cap. 3, qu. 3. — <sup>11</sup> Part. 9, tr. 7, resol. 22. — <sup>12</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 43. — *Less.*,

d) Diana, part. 12, i. f., resol. miscell. 6, v. *Dub. 2*, probabilem existimat « speculative loquendo », sed addit contrariam sententiam esse « probabilioris et in praxi omnino sequendam ». Idemque plane significat Vivaldo, *Candel. aur.*, part. 3, de *Irreg.*, tit. de *Dispens. Episc.*, n. 12 (al. edit. 1590, de *Irreg.*, n. 325).

e) Canon *Inferior* dicit: « Non posse quemquam qui minoris auctoritatis est, eum qui majoris potestatis est, iudiciis suis addicere, aut propriis definitionibus subjugare ».

393. — a) Molina, tr. 3, disp. 3, n. 7, ait hujusmodi homicidium esse casuale respectu mandantis; at, n. 8, loquens de dispensatione irregularitatis propter homicidium in propria defensionem sed sine moderamine, cui superius aequiparat casuale, dixit dubium

*ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoveri possit.*

393. — Si vero homicidium fuerit casuale, valde probabile est, posse episcopos dispensare in irregularitate ex eo contracta, quando crimen fuerit *occultum*; cum concilium in dicto cap. *Liceat* neget episcopis facultatem dispensandi, tantum si homicidium fuerit voluntarium, ad distinctionem casualis. — Ita communiter Palaus <sup>7</sup>, Bonacina <sup>8</sup>, Contin. Tournely <sup>9</sup>, Roncaglia <sup>10</sup>, Diana <sup>11</sup>; et Salmant. <sup>12</sup> cum Lessio, Sayro, Cornejo, etc. Hinc infertur, quod bene possit episcopus dispensare: 1°. Cum eo qui mandavit famulo, ut tantum percutiat, sed ille casu occiderit; ut Contin. Tournely <sup>13</sup>; et Bonacina <sup>14</sup> cum Suarez, Molina <sup>a)</sup>, Filiuccio, etc. — 2°. Cum eo qui leviter percutere intendens, ex negligentia casu interficiat. Bonacina <sup>15</sup>. — 3°. Cum eo qui percutiendo praegnantem, casu efficit ut veniat abortus. Contin. Tournely <sup>16</sup>. — 4°. Cum clerico, qui exercendo chirurgiam, ex imperitia vel negligentia aliquem perimit. Diana <sup>17</sup> cum Lessio et Avila <sup>b)</sup>.

Praeterea communissimè docent Navarrus <sup>18</sup>; Laymann <sup>19</sup> cum Silvestro <sup>c)</sup>, Sayro et Henriquez <sup>d)</sup>; Barbosa <sup>e)</sup> cum Miranda <sup>c)</sup>,

de Irreg., cap. 4, dub. 2, num. 36. — *Sayr.*, lib. 7, cap. 7, n. 20. — *Cornejo*, disp. 3, dub. ult. — <sup>13</sup> Loc. cit., concl. 3, n. 2. — <sup>14</sup> Loc. cit., n. 8. — *Suar.*, disp. 45, sect. 6, n. 10 cum sect. 1, num. 2. — *Fil.*, tr. 20, cap. 3, num. 74 et 86. — <sup>15</sup> Loc. cit., num. 7. — <sup>16</sup> Loc. cit., concl. 3, n. 4. — <sup>17</sup> Loc. cit. — *Less.*, loc. cit., n. 36. — <sup>18</sup> Man., cap. 27, n. 240. — <sup>19</sup> Lib. 3, tr. 3, part. 3, cap. 12, num. 3. — *Sayr.*, loc. cit., num. 20.

esse utrum episcopi possint in ea dispensare: ipsi tamen videtur probabilis affirmativa.

b) Avila, part. 7, disp. 6, sect. 5, dub. 2, concl. 2, principium generale dumtaxat affert.

c) Silvester, v. *Homicidium III*, n. 11, qu. 8, v. *Quintum*, scribit tantum: « Quantum ad homicidium casualem existentem in culpa secundum Pan..., episcopus dispensare potest jure suo in minoribus solum ». Miranda pariter, tom. 2, qu. 8, art. 13, concl. 2, dicit episcopum posse dispensare « ad minores... ordines » in homicidio casuali publico.

d) Henriquez, lib. 14, cap. 19, lit. t, absolute hanc facultatem concedit, et non solum quoad minores ordines et beneficium simplex.

e) Barbosa, alleg. 34, n. 62, loquitur de homicidio casuali occulto, quamvis auctores ab eo citati loquantur etiam de publico.

Episcopus dispensat si homicidium fuit casuale et occultum.

Item, interdum si fuit casuale et notorium.

Campanile, Homobono, etc.; ac Diana<sup>1</sup> cum Lessio, Avila et aliis, quod possunt dispensare episcopi in irregularitate ex homicidio *casuali*, etiam *notorio*, ad suscipiendos ordines minores, et beneficia simplicia. Quia id jam poterant episcopi de jure antiquo<sup>f)</sup>, ut docent Abbas, Hostiensis, Joannes Andreae et alii apud Laymann<sup>2</sup> et Barbosa<sup>3</sup>. Tridentinum autem reservavit irregularitatem ex homicidio voluntario, non vero casuale publico.

An vero possit episcopus dispensare in homicidio casuale ad recipiendum canonicatum? — Vide dicenda in simili casu, n. 429.

394. — Sed dubitatur: *An reputetur casuale, homicidium in repentina rixa patratum?*

*Prima* sententia affirmat; et hanc tenent Diana<sup>3</sup>; et Salmant.<sup>4</sup> cum Machado, Philiberto<sup>a)</sup>, Henriquez, Rodriguez<sup>b)</sup>, etc. Ratio, quia homicidium voluntarium pro-

prie est illud, quod per industriam et per insidias committitur; ut habetur in Tridentino<sup>5</sup>, ubi: *Cum etiam qui per industriam occiderit proximum suum et per insidias, ab altari avelli debeat.*

*Secunda* vero sententia probabilior negat. Et hanc tenent Suarez<sup>6</sup>, Navarrus<sup>c)</sup>, Holzmann<sup>7</sup>, Concina<sup>8</sup>, Sporer<sup>9</sup>, Tamburinius<sup>10</sup>; et Diana (se revocans)<sup>d)</sup> cum Hurtado<sup>e)</sup>, etc. — Ratio, quia Tridentinum<sup>11</sup> post verba supra relata: *Cum etiam, qui per industriam, etc.*, statim subdit: *Qui sua voluntate homicidium perpetraverit ..., nullo tempore ad sacros ordines promoveri possit... Si vero homicidium non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo ... fuisse commissum narretur ..., jure quodammodo dispensatio debeat.* Qui autem in rixa occidit, jam sua voluntate et ex proposito occidit, licet inopinata ira percitus sit; cum jam perpetret homicidium quod intendit. — Nec obstant

Alii probabilius hoc negant.

Episcopus dispensat si homicidium fuerit ob defensionem propriam.

Regulares dispensant subditos ob homicidium casuale occultum.

Campan. Diversor., juris, rubr. 11, cap. 23, n. 132 et 142. — Homob., Exam. eccles., tr. 3, qu. 69, in fine; cfr. tr. 15, cap. 8, qu. 29, resol. 3. — <sup>1</sup> Part. 9, tr. 7, resol. 22. — Less., de Irreg., cap. 4, dub. 2, num. 36. — Avila, part. 7, disp. 6, sect. 5, dub. 2, concl. 3. — Abbas, in cap. Henricus, de cleric. pugn. in duello, in 4, 5 et 7. — Hostien., in dict. cap., i. f. — Joan. Andr., in d. c. — <sup>2</sup> Lib. 3, tr. 3, part. 3,

cap. 12, num. 3. — <sup>3</sup> Part. 9, tr. 7, resol. 22. — <sup>4</sup> Tr. 10, cap. 8, num. 6. — Machado, lib. 1, part. 3, tr. 16, docum. 7, n. 2. — Henric., lib. 14, cap. 14, num. 1. — <sup>5</sup> Sess. 14, de reform., cap. 7. — <sup>6</sup> Disp. 44, sect. 1, num. 3. — <sup>7</sup> De Poen. eccl., num. 335. — <sup>8</sup> Diss. 2, cap. 6, num. 2. — <sup>9</sup> Tr. 5, cap. 3, num. 251 et 252. — <sup>10</sup> De Irreg., cap. 15, § 6, n. 5. — <sup>11</sup> Loc. cit.

f) Jura antiqua, juxta Abbatem et Hostiensem loquuntur de facultate dispensandi ut *ministret* in susceptis minoribus ordinibus, et in beneficio simplici; Joannes Andreae de solo beneficio tractat.

g) Barbosa tamen, *alleg. 39, n. 59*, auctores istos affert tamquam amplectentes doctrinam qua artistes jure communi poterat dispensare homicidam voluntarium « ad minores ordines consequendos simpliciaque obtinenda beneficia ».

394. — a) Philiberto Marchinus, *tr. 1, part. 9, cap. 1, diff. 3, n. 10*, expresse dicit episcopum posse dispensare « non solum in irregularitate orta ex homicidio casuale ..., sed etiam ex homicidio volito non ex consilio aut matura deliberatione facto, sed ex repentina ira vel rixa ».

b) Rodriguez, *Sum., part. 1, cap. 178, n. 1*, negat ejusmodi homicidium intelligendum esse « de homicidio casuale, quod non est volitum nec in se nec in sua causa, sed de homicidio quod evenit casu, ad differentiam ejus quod accidit ex proposito ».

c) Navarrus videtur sic sentire, eo quod, *Man., cap. 27, n. 240*, definit homicidium voluntarium « homicidium illicitum, intentum sive volitum in se saltem aequipollenter, alias quam vitandae mortis causa ».

d) Diana, *part. 10, tr. 11, resol. 19*, videtur utique se retractare; verum id mero typographi mendo tribuendum est; quaerit enim Diana: « An qui in rixa inopinata, et non inito consilio, occidit aliquem, incurrat tantum irregularitatem ex homicidio casuale, ut non possit ab episcopo dispensationem obtinere, vigore concilii Tridentini, sess. 24, cap. 6 ». Sed haec sibi non cohaerent; si enim est homicidium casuale, certe episcopus poterit dispensare. Et hoc magis ex ipso responso liquet: « Sed affirmativam sententiam ... tenet Pater Lessius, in 3 part. D. Thomae, cap. 4, de Irregularitate, dub. 2, n. 36, cui ego adhaereo ». Ita Diana. Et Lessius, *loc. cit.*, haec plane scribit: « In irregularitate ex homicidio casu facto, si sit occultum et nondum deductum ad forum externum, potest episcopus absolute dispensare ad omnes ordines. Patet ex Tridentino sess. 24, cap. 6... Huc etiam referri potest homicidium ex subita ira commissum, quia non censetur voluntarium, cum non sit factum per insidias vel industriam; quod tamen concilium videtur requirere, ut dicatur voluntarium ».

e) Gaspar Hurtadus, *disp. 2, diff. 20, n. 66*, non citatur a Diana pro hac secunda sententia, et recte quidem, quia ibi Hurtadus censet istud homicidium esse casuale.

priora illa verba *per industriam et per insidias*. Nam Glossa in *cap. 1, de homicid.* illud *per industriam* explicat, id est, *non casu*; atque idem concilium declarat intelligi, quando aliquis *sua voluntate et ex proposito* occidit: ad differentiam occisionis casu factae, de qua loquitur in secunda parte.

395. — Valde tamen probabile est, quod si quis incurrat irregularitatem ob homicidium occultum pro defensione propria, possit ab episcopo dispensari, quando excesserit moderamen inculpatae tutelae. Quia, cum tale homicidium non fiat ex voluntate absoluta occidendi, non potest dici absolute voluntarium, ut loquitur Tridentinum. — Ita communissime Navarrus<sup>a)</sup> (ubi asserit, ita sensisse S. Poenitentiarium), Suarez<sup>1</sup>, Laymann<sup>2</sup>, Palaus<sup>b)</sup>, Contin. Tournely<sup>3</sup>, Diana<sup>b)</sup>, Croix<sup>4</sup> cum communi; Bonacina<sup>5</sup> cum Sayro, Valentia, Molina, Coninck, Henriquez et Avila.

396. — Praelati autem regulares possunt dispensare cum suis *subditis*, ab irregularitate proveniente ex homicidio *occulto casuale*; ut docent Salmant.<sup>6</sup> ex privilegio S. Pii V (relato in extensum ab

iisdem Salmant.<sup>7</sup>). — Imo, etiamsi crimen fuerit publicum; ut dicunt Diana, Villalobos, Sayrus, etc. apud Salmant.<sup>8</sup> Et etiamsi fuerit voluntarium, defendunt Salmant.<sup>9</sup> cum Peyrino<sup>a)</sup>, Portello, Bauny, etc.; ex concessione Martini V, Pauli III et Sixti IV, ubi concessum fuit praelatis regularibus dispensare in prima die lunae quadragesimae in irregularitatibus, *quavis occasione et causae contractae sint*. — Sed hac concessione non obstante, censeo *non posse* praelatos regulares dispensare, quando homicidium est *publicum* aut *voluntarium*. Quia in generali concessione non computantur ea, quae verisimiliter superior non esset concessurus; ut tradunt communiter Suarez<sup>b)</sup>, Bonacina<sup>10</sup>; et Salmant.<sup>11</sup> cum Ugolino, Candido ac aliis passim; et patet ex cap. *In generali, reg. 81, de reg. juris, in 6<sup>o</sup>*. Praeterquam quod Benedictus XIII (ut vidimus *n. 101*) expresse declaravit, quod *solus Generalis ordinis possit dispensare* (in irregularitate proveniente ex homicidio voluntario); *dummodo ... non fuerit appensatum, et intra claustra exstiterit consummatum*. Unde, etiamsi concessio illa omnibus praelatis regularibus facta esset vera, videtur a Be-

Quid, de homicidio casuale publico vel de voluntario.

<sup>1</sup> Disp. 46, sect. 1, num. 13. — <sup>2</sup> Lib. 3, tr. 3, part. 3, cap. 12, n. 2, assert. 3. — <sup>3</sup> De Irregular., part. 3, cap. 1, art. 3, concl. 3, v. *Hinc...* 3. — <sup>4</sup> Lib. 7, n. 474. — Sayr., lib. 7, cap. 7, num. 22. — Valent., tom. 4, disp. 7, qu. 19, punct. 3, § 5, v. *Dubium autem*. — Molina, tr. 3, disp. 79, n. 8, v. *Tertio*. — Coninck, disp. 18, dub. 14, num. 111. — Henric., lib. 14, cap. 10, n. 2 et cap. 19, num. 3. — Avila, part. 7, disp. 6, sect. 5, dub. 5. — <sup>5</sup> Disp. 7, qu. 4, punct. ult., n. 9. — <sup>6</sup> Tr. 10, cap. 8, n. 43. — <sup>7</sup> S. Pius V, breve *Romani Pontificis*, de die 21 Julii 1571, § 3, in Bullar. Mainardi. — <sup>8</sup> Tr. 6, de Sacr. Poenit., cap. 13, num. 33. — Diana, part. 4, tr. 2, resol. 72. — Villal., part. 1, tr. 21, diff. 9, n. 17. — Sayr., loc. cit., n. 24. — <sup>9</sup> Tr. 10, cap. 8,

n. 43. — <sup>10</sup> Loc. cit., n. 17 et cap. 7, n. 59. — Portel., Dubia regul., v. *Dispensatio*, addit., n. 5. — Bauny, Theol. mor., part. 2, tr. 11, qu. 58, v. *Dico 4...* Quinto dispensant. — Martin. V, ap. Rodrig. Quaest. regul., tom. 1, qu. 24, art. 12. — Paul. III, breve *Exponi nobis*, 12 Mart. 1545, ap. Rodrig. Bullar. regul. — Sixtus IV, apud Peyrinum, in Const. 2 Julii II, num. 103 et apud Suar., tom. 4, de Relig., tr. 1, lib. 2, cap. 12, n. 9. — <sup>11</sup> Disp. 1, de Censur., qu. 3, punct. 1, num. 13. — <sup>12</sup> Tr. 10, cap. 2, num. 41. — Ugolin., de Censur., tab. 1, cap. 10, § 4, n. 7. — *Candid.*, disquis. 22, art. 51, dub. 4, v. *Dico 11*. — *Bened. XIII*, constit. *Pretiosus*, 26 Maji 1727, § 21; in Bullar. Mainardi.

395. — a) Navarrus, *Man., cap. 27, n. 239*, adducto textu Tridentini, ubi dicitur de eo qui vim vi repellendo occidit: « Dispensatio... committatur Ordinario, aut ex causa metropolitana seu viciniore episcopo », scribit: « Homicidium intentum et volitum in se, causa defensionis, licet sit illicitum ob excessum inculpatae tutelae, non est indispensabile, quod est quotidianum in praxi; ad quod hunc canonem efficaciter in Sacra Poenitentia inducentem jucunde audivi admodum Rev. Collegam in ea meum Franciscum Toletum ».

b) Palaus, *tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 8, n. 10*, et Diana, *loc. cit.*, insinuant hanc sententiam dicentes irregularitatem ex isto

homicidio esse ex homicidio casuale. Cfr. tamen notam d ad n. praeced.

396. — a) Peyrinus, *tom. 2, qu. 2, cap. 5, § 8, n. 99*, non tractat de homicidio sed, in *Const. 2 Julii II, n. 103*, negat posse praelatos regulares, vi privilegiorum, dispensare super irregularitate propter homicidium voluntarium proditorium contracta, bene vero posse, *n. 104*, super irregularitate propter homicidium voluntarium in rixa.

b) Suarez, *disp. 21, sect. 3, num. 3*, de absolute a casibus bullae tractat, et requirit ut delegatio fiat modo praescripto in ea: « non enim sufficit quodcumque indulgentiam vel facultas verbis generalibus concessa,

nedicto omnino revocata, vel limitata pro solo Generali <sup>c)</sup>.

Quoad *saeculares* vero, possunt confessarii regulares eos dispensare in omni irregularitate, in qua possunt episcopi cum subditis suis; ex privilegio Sixti IV

et Julii II (ut notavimus n. 355, v. *Quo vero*). — Hinc bene possunt dispensare cum laicis, in irregularitate contracta ob mutilationem vel ob homicidium casuale occultum, prout possunt episcopi cum suis; ut vidimus n. 381 et 393.

#### DUBIUM V.

##### Quae sint Irregularitates ex Defectu.

397. Prima, ex defectu animae. — Hinc sunt irregulares: I. Amentes, daemoniaci et epileptici. — 398. *Distinctius agitur de amentibus*. — 399. *De epilepticis et daemoniacis*. — 400. *Quis possit dispensare in hac irregularitate. Et an episcopi possint dispensare in aliqua irregularitate ex defectu. An saltem in dubio. An praelati regulares*. — 401. II. *Sunt irregulares illiterati*. — 402. III. *Neophyti*. — 403. *Secunda, ex defectu corporis: vel quia defectus impedit exercitium Ordinis, vel quia affert deformitatem*. — 404. Et I. *Ob impedimentum exercitii, est irregularis: 1. Caecus*. — 405. 2. *Surdus*. — 406. 3. *Mutus*. — 407. 4. *Claudus*. — 408. 5. *Qui caret manu aut digitis omnibus, aut pollice, aut indice*. — 409. 6. *Laborans febre, paralyti, etc.; item abstermius, etc.* — 410. II. *Ob deformitatem est irregularis: 1. Ille, cui deest membrum, nempe nasus aut oculus. Quid, si desint auriculae*. — 411. 2. *Leprosus*. — 412. 3. *Monstruosus, nempe gibbosus, pygmaeus, aethiops*. — 413. *Not. 1. Quid, si defectus superveniat ordinibus. Not. 2. Quid, si antecesserit*. — 414. *Quis possit in hac irregularitate dispensare. An Papa cum caeco. An praelati regulares*. — 415. *Quid si defectus corporis advenit ex propria culpa. Et an in eo possit dispensare episcopus*. — 416. *Quid de eunuchis*. — 417. *Quid, si quis causam dederat abscissioni virilitatis*. — 418. *Quid, si quis amputet sibi testiculos ob vocem servandam*. — 419. *Et quid, si quis tantum attentet se occidere, etc.* — 420. *Tertia, ex defectu natalium*. — 421. *Illegitimi legitimum fieri potuissent tempore natiuitatis*. — 422. *Not. 1. Quid, si matrimonium fiat postquam filius est ordinatus. Not. 2. Quid, si matrimonium non consummetur*. — 424. *Not. 3. Quid, si matrimonium sit nullum, sed ignoretur saltem ex una parte*. — 425. *Not. 4. Quid, si filii nascantur ex matrimonio clandestino, ob omissas denuntiationes*. — 426. II. *Legitimantur filii per professionem religiosam*. — 427. III. *Per dispensationem pontificiam*. — 428. *Episcopus potest dispensare cum illegitimo, ad ordines minores et ad beneficium simplex*. — 429. *Dub. 1. An ad recipiendum canonicatum*. — 430. *Dub. 2. An cum illegitimo occulto*. — 431. *Dub. 3. An saltem ad ministrandum in sacris ordinibus jam susceptis*. — 432. *Dub. 4. An filii expositi sint irregulares*. — 433. *Principes saeculares possunt legitimare tantum ad saecularia. Quid in dubio, an quis sit legitimus*. — 434. *Quarta, ex defectu aetatis*. — 435. *Quinta, ex defectu sacramenti, id est, ob bigamiam. (Vide quae sunt apud Busenbaum)*. — 436. *Triplex est bigamia: vera, interpretativa et similitudinaria. I. Quae sit vera*. — 437. II. *Quae interpre-*

nisi in ea expresse contineantur casus hujus bullae ».

<sup>c)</sup> Quid demum sentierit S. Alphonsus de privilegio praelatorum regularium dispensandi subditos ab irregularitate ob homicidium publicum aut voluntarium non liquet omnino. In hoc loco, ubi ex professo quaestionem tractat, potius denegat hanc facultatem aut saltem eam limitat ad solum Generalem. In eodem libro, n. 355, allegat Palaum dicentem praelatos dispensare posse in irregularitate orta ex homicidio voluntario, modo non sit notorium. Cum tamen lectorem remittat ad n. 396, eo ipso indicat se non ita approbare dictum Palaum; eo magis quod ipse, n. 469, confirmat dicta, n. 396. Postea vero, in *Append. de Privileg.* (dissertatio italica edita an. 1757,

in *Istruz. e Pratica*, deinde latine inserta in 1<sup>a</sup> edit. *Hom. Apost.*, an. 1759, ac in 4<sup>a</sup> edit. *Theol. Mor.*) concessit, n. 105, superioribus regularium facultatem subditos dispensandi in irregularitate ob homicidium etiam voluntarium notorium. Sed an haec revera prodant ultimam mentem S. Doctoris valde est dubitandum; nam, in hoc n. 105, ad astruendum hoc privilegium, unice nititur in const. *Pretiosus* Benedicti XIII; jamvero inde a 6<sup>a</sup> editione *Theol. mor.* notavit, in *Append. de Privileg.*, n. 96, hanc bullam fuisse revocatam a Clemente XII, et eandem in hac editione fecit additionem, *lib. 7, n. 101*, necnon in 3<sup>a</sup> edit. *Hom. Apost.* (1770), *tr. 20, n. 96*. Unde videtur hic n. 105 reducendus ad ea quae in secunda edit. *Theol. mor.* dixit S. Doctor, *lib. 7, n. 396*.

tativa. *Haec contingit quatuor modis. Primus modus, cum quis ducit viduam*. — 438. *Secundus modus, cum quis ducit mulierem corruptam ab alio*. — 439. *Dub. 1. Quid, si credat virginem*. — 440. *Dub. 2. Quid, si invalide contrahat*. — 441. *Tertius modus, cum quis cognoscit uxorem adulteram*. — 442. *Dub. 1. Quid, si adulterium fuerit occultum*. — 443. *Dub. 2. Quid, si cognoscit ignorans adulterium*. — 444. *Quartus modus, cum quis contrahit duo matrimonia, unum validum, aliud nullum*. — 445. *Dub. 1. Quid, si utrumque fuerit nullum*. — 446. *Dub. 2. Quid, si cum bona fide*. — 447. *Dub. 3. Quid, si fide ineatur secundum matrimonium*. — 448. III. *Quaenam sit bigamia similitudinaria*. — 449. *An hanc irregularitatem incurrant etiam clerici in sacris*. — 450. *Quomodo tollatur irregularitas ex bigamia. An Papa possit in ea dispensare*. — 451. *An episcopi*. — 452. *An saltem quoad ordines minores et ad beneficia simplicia. An in bigamia similitudinaria*. — 453. *An praelati regulares possint dispensare cum suis subditis in omni bigamia*. — 454. *Sexta, ex defectu infamiae*. — 455. *Septima, ex defectu libertatis. — Hinc sunt irregulares: I. Servi*. — 456. II. *Conjugati*. III. *Curiales*. IV. *Milites, et administratores publici, atque exercentes saeva aut turpia*. — 457. *Octava, ex defectu lenitatis*. — 458. *An sit irregularis, qui occidit in defensionem honoris (Vide etiam dicta n. 389)*. — 459. *Fiunt irregulares ex hoc defectu: I. Qui occidunt in bello; sed quando*. — 460. II. *An, qui hortantur in bello ad occidendum*. — 461. III. *Qui in judicio concurrunt ad mortem vel mutilationem. Modo ipsi 1<sup>o</sup> Cooperentur*. — 462. 2<sup>o</sup> *Active*. — 463. 3<sup>o</sup> *Efficaciter. An peccent clerici assistentes supplicio*. — 464. 4<sup>o</sup> *Proxime. An peccet confessarius, vel alius, consultus a iudice, respondens aliquem in particulari esse plectendum*. — 465. *Qui possunt excusari. An omnes, qui non concurrunt ut ministri ad causae probationem vel executionem*. — 466. 5<sup>o</sup> *Per actionem, ex natura sua ad id ordinatam*. — 467. *Quomodo vetitum sit clericis et monachis, se intromittere in causam sanguinis*. — 468. *Fiunt autem irregulares: 1. Judices. 2. Testes voluntarii. 3. Accusatores, etc. Quid, si accuset clericus. Et quid, si causa sit propria, vel aliena*. — 469. *An in hac irregularitate possit dispensare episcopus, si fuerit occulta. An praelati regulares*. — 470. *Adnotantur ultimo facultates, quas habet S. Paenitentiarum super casibus, censuris, irregularitatibus, inhabilitatibus, etc.*

397. — « Resp. PRIMA. Ex defectu ANI-  
MAE. — Ex quo irregulares sunt:

« 1<sup>o</sup>. *Amentes, phraenetici, arreptitii et epileptici*. Qui tamen, si ordinati sunt, et intra annum eo morbo non laborarunt, praesumuntur liberati, et permittuntur ad ordinum exercitium. Si vero laborent raro, et quidem sine clamore et spuma, permittuntur celebrare cum coadjutore; qui, deficientibus ipsis, suppleat Sacrificium. — Marcus Leo<sup>1</sup>, ex can. *Illud, caus. 7, qu. 1*, et Glossa *ibid.* <sup>a)</sup> ».

398. — Loquendo de *amentibus*, distinguendum:

Si tali defectu laborans jam *ordinatus* est: tunc, omnino cessante defectu per diuturnum tempus, ex iudicio episcopi

(vel praelati, si est regularis), poterit in Ordine suscepto ministrare. — Ita Navarrus <sup>a)</sup>; Suarez <sup>b)</sup> cum Silvestro, Gratiano <sup>b)</sup> et S. Antonino; Bonacina <sup>3</sup>, Palaus <sup>4</sup>, Croix <sup>5</sup>, Contin. Tournely <sup>6</sup>; et Salmant. <sup>7</sup> cum Avila, Pellizzario; etc.

Si vero non est *ordinatus*, nunquam poterit ordines suscipere, si amentia ortum habuerit ex causa permanente et habituali, fundata (ut ait Suarez) in laesione organorum vel humorum. Quia ita laborantes facile relabuntur in eundem morbum; ut habetur in can. *Maritum 2, dist. 33*, ubi dicitur: *Non ordinandum ... qui in furiam aliquando versus insanivit*. Unde sufficit semel insanisse; quia talis raro praesumitur perfecte sanus. — Secus

A mens, non ordinatus, modo est perpetuo irreg.

Modo, non.

A mens, jam ordinatus non est perpetuo irregularis.

<sup>1</sup> Praxis, part. 3, fol. 372, v. *Idem dicendum*. —

<sup>2</sup> Disp. 51, sect. 1, n. 4 et 5. — *Silvest.*, v. *Corpore vitiosus*, num. 5. — *S. Anton.*, part. 3, tit. 28, cap. 5, v. f. —

<sup>3</sup> Disp. 7, qu. 2, punct. 2, n. 23. — <sup>4</sup> Tr. 29, disp. 6,

punct. 10, n. 4. — <sup>5</sup> Lib. 7, n. 494. — <sup>6</sup> De Irregul., part. 2, cap. 2, n. 4. — <sup>7</sup> Tr. 10, cap. 9, n. 79. — *Avila*, part. 7, disp. 3, dub. 4. — *Pelliz.*, tr. 7, cap. 5, n. 41. — *Suar.*, loc. cit., n. 4.

397. — <sup>a)</sup> Marcus Leo citat Glossam in can. *Communiter, dist. 33, v. De iis*, et recte, non vero, ut vult Busenbaum Glossam in can. *Illud*.

398. — <sup>a)</sup> Navarrus, *Man.*, cap. 27, n. 203, de epileptico scribit: « Neque qui jam ordi-

natus est, si saepe decedit, neque etiam si raro, modo spumas ore vomat, celebrare potest; alias sic ». Deinde subdit: « Quod dicitur de epileptico, idem de amente ... dicendum est ».

<sup>b)</sup> Suarez citat Gratianum, sed forte rectius